
Henrici de Seguſio Cardinalis
HOSTIENSIS
IVR. VTR. MONARCHAE
CELEBERRIMI

In Sextum Decretalium librum Commentaria,

DOCTISSIMORVM VIRORVM quampluribus adnotationibus illuſtrata.

Hac nouiſſima Editione ſummo ſtudio, ac diligentia ab innumeris erroribus expurgata, ſuoque priſtino typo reſtituta.

Recens acceſſerunt SVMMARIA, & INDEX Locupletiſſimus.



VENETIIS, APVD IVNTAS, MDLXXXI.

INDEX RVBRICARVM
AC CAPITVLORVM
HVIVS VOLVMINIS.

Appellationibus.	18
Cordi.	eo.
Legitima.	20
Romana.	31
Cenſibus.	25
Romana.	eo.
Confeſſis.	13
Statuimus.	eo.
Conceſſione præbendæ.	22
Quia cunctis.	eod.
Dolo & contumacia.	12
Actor.	eo.
Eo qui mittitur in poſſeſſ.	13
Eum qui.	eo.
Electione, & electi poteſtate.	4
Statuimus.	eo.
In electionibus.	5
Exceptionibus.	16
Pia.	eo.
Foro competenti.	10
Romana.	eo.
Homicidio.	28
Pro humani.	eo.
Iudicijs.	10
Iuris.	eo.
Litis conteſtatione.	11
Exceptionis.	eo.
Officio vicarij.	7
Romana.	eo.
Officio & poteſtate iudicis deleg.	7
Statuimus.	eo.
Officio legati.	8
Officij.	eo.
Officio iudicis ordinarij.	9
Romana.	eo.
Pœnis.	31
Romana.	eo.
Pœnitentijs.	31
Romana.	eo.
Priuilegijs.	30
Volentes.	eo.
Rebus eccleſiæ non alienan.	24
Dudum.	eo.
Regularibus.	27
Is qui monaſterium.	eo.
Reſcriptis.	2
Cum in multis.	eo.
Præſenti.	eo.
Diſpendia.	3
Reſtitutione ſpoliatorum.	18
Frequenti.	eo.
Sententia, & re iudicata.	17
Aeterni.	eo.
Sententia excommunicationis.	32
Cum medicinalis.	eo.
Solet.	34
Supplenda negligentia prælatorum.	16
Romana.	eo.
Teſtibus.	14
Romana.	eo.
Ad hæc.	25
Præſentium.	eo.

FINIS.

HOSTIENSIS
I. V. D. CELEBERRIMI.

IN SEXTVM DECRETALIVM
Librum Commentaria.

¶ De reſcriptis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Infinitas generaliter reprobatur.*
2 *Clauſula quidam alij, appoſita in reſcriptis non extenditur vltra quatuor perſonas, quæ in primo citatorio ſunt nominandæ, & nu. 8. & 12.*
3 *Infinitas & generalitas obſcuritatem parit, & in quibus caſib. reprobatur.*
4 *Multitudo onerosa nihil habet honeſti.*
5 *Clauſula & quidam alij, an habeat locum in literis epiſcopi vel inferioris.*
6 *Lites dirimere boni prætoris eſt.*
7 *Actor an cogitur exprimere quæſtiones ſuper quib. intendit agere reo inſtãte.*
9 *Tabellio quod aliquam fraudem faciat non præſumitur.*
10 *Inconſtantia recuſatur.*
11 *Impetrans literas pro beneficio primo vacaturo, quod ipſe acceptandum duxerit, ſi vnum acceptauit, an poſſit variare.*
13 *Citatis quatuor virtute clauſulæ et quidam alij ſi vnus eſt epiſcopus, qui non poteſt conueniri ſine ſuo capitulo qui excedit numerum, an teneat reſcriptum ita ut poſſit citari ſolus epiſcopus, & quid in vniuerſitate vel collegio. 14.*
15 *Patronus laicus poteſt variare, eccleſiaſticus vero non.*

CAP. PRIMVM.

1 CVm in multis. Infinitas† generaliter reprobatur, ideo genera-
2 lis clauſula, quidam † alii, ne vltra quatuor extendatur, reſtringitur quorum noĩa in primo citatorio dẽnt exprimi, vt fraus, & variatio euitetur. [In multis iuris articulis.] Infi-
3 nitas† enim & generalitas obſcuritatem parit. ff. de iure fiſci. ita. ideo reprobatur in quibuſdam articulis. Primo circa religionum diuerſarũ inuentionẽ. ĩ. de relig. do. ne in vna. Secundo circa teſtium productionẽ. ſ. de teſtib. cum cãm q̃ inter epm. §. volẽtes. & c. ſignificauit. §. j. ver. niſi forte. ff. de teſti. l. t. §. fi. Tertio circa teſtiũ reprobationem. ſ. de teſti. licet dilectus. §. mandamus. in antiq. Quarto circa graduum computationẽ. ſ. de cõſan. tua nos. §. 1. in fi. Quinto circa multitudinis correctionẽ. ſ. de ele. exe. mi. latores. xliiij. diſt. ꝯmeſſationes. & de hoc no. ſ. de temp. ord. c. li. Sexto circa fidei cõmiſſi onerationẽ. ff. de leg. 3. fideicõmiſſa. § ſi quis. 2. Septimo reprobatur generalitas circa exceptionum, ſiue iurũ renuntiationẽ. ff. ſi quis cau. ſed & ſi quis. §. quæſitũ. Octauo reprobatur infinitas circa dãni infecti cautionis obligationẽ. ff. de dã. infec. qui bona. §. fi. & adde quod no. ſ. de fideiuſ. cum qui. Nono circa fideiuſſionem. ſ. de fideiuſ. c. fi. & ca. j. Decimo circa relictorum ad pias cãs exactionẽ. C. de ſacroſ. ecc. l. fi. Vndecimo circa iurĩ vſque ad certã quantitatẽ delationẽ. ff. de in litẽ iuran. videamus. §. iurare. & §. ſeq. Duodecimo reprobatur generalitas circa iudicum & reſcriptorũ impetrationẽ. ſ. eo. ad hæc. & c. quia nonnulli. ſ. de do. & contu. ex literis. Decimotertio circa ordinatorũ multitudinem. ſ. de æta. & qua. cũ ſis. ver. debet. Decimoquarto circa generalis clauſulæ reſtrictionẽ, vt hic. & ſ. eo. ſedes. vbi de hoc. Decimoquinto circa litium motionẽ. ſ. de dol. fine. C. de iud. apertiſſimi & l. properandum. ff. de arbit. nõ diſtinguemus. §. q̃ſitũ. Decimoſexto circa excõicationis ob cõionẽ incurſionẽ. 11. q. 3. qm̃ multos. & merito talis generalitas, & infinitas reprobatur, quia multitudo† oneroſa nihil hẽt honeſti. in Auth. de referẽ. ad fi. coll. 7. ¶ [Prouide] 1 pars. & dic, prouide. i. ad prouidentiã, ſiue ad ꝓuiſionẽ illorũ, ꝯ quos literę impetrantur, ſ. ſ. de off. del. ſup qõnũ. §. verum. ad finẽ. & ſ. eo. ca. proxi. & merito talibus prouidetur, qa frequenter iniuſte & calumnioſe vexantur ab impetrantib. qui literis apoſtolicis ſæpius abutuntur. ſ. eod. qa nonnulli. & c. nulli. & ſ. eo diſpendia. [In literis.] Quid ergo de li-
5 teris ſ eporum? Non videtur de illis loqui hęc litera arg. 25. di. qua lis. ſed ſi de literis Papæ hoc cauetur, de quibus vr̃ minus, ꝙ con-
4 ſtringi debeant, multo fortius de literis inferiorũ. ar. ſ. qui fil. ſint leg. per venerabilẽ. Immo dicas, ꝙ alia rõ reformat pactum, qa ſi dubium occurrit, citius põt ad ipſum haberi recurſus, q̃ ad Papã tñ, nec frequentant inferiorũ literæ, ſicut Papæ. ad hoc ſ. de off. del. cũ ſuper abbatia. & c. ſup qõnum. §. quem vero. & ideo dixit literis nr̃is. ſi. ſ. eo. c. prox. [Inſeritur] Hoc mõ ꝯqueritur Titius de Petro, & q̃buſdã aliis, q inuitantur ei, ſup æquo & quibuſdã aliis. ſ. c. paſtoralis. §. j. & c. ſedes. vbi de hoc, hic tñ nõ reſtringitur clauſula generalis res tñ reſpiciens, ſed perſonas. Et eſt rõ, quia boni
6 †prætoris eſt lites dirimere. ff. ſi cert. pet. quidã æſtimauerunt. ſ. de dol. & ꝯtu. finem. ergo & ſup quatuor. & ſuper decẽ. & ſuper centum actionib. põt agere impetrans. ff. de lib. cã. ſi pariter. ff. de qb. reb. ad eum iudicem. l. j. & ij. Alibi tñ reſtringit clauſula rerum, vt ſ. eo. ſedes. ſed illud eſt quo ad deſcenſum, alias non eſt vis, vnde ſi impetras reſcriptum ſup quadã ſumma pecuniæ. & ad v. & ad mille marchas trahitur. ſm̃ ſtilum curiæ Romanę, qui cõſide-
7 randus eſt. ſ. de cri. falſi. q̃ graui pœnæ. Sed nunquid reo† inſtante debet exprimere qõnes ſup quibus intendit agere? Dicas, ꝙ ſic, ne ad futura forſan reſcriptũ trahatur. ſ. eo. quia nonnulli. quod dic vt copioſe no. in Summa. eo. ti. §. quod continet ius cõe. ver. non ſolum. & ſeq. [Non trahantur] coactionem notat, & probatur. ſ. de fo. cõpe. ſi diligenti. §. j. ver. ne clerici. & ver. manifeſte. nã iudiciũ redditur in inuitum. ff. de verb. obl. inter ſtipulãtẽ §. 1. Verum nec voluntarij litigabunt, quia non poteſt hęc iuriſdictio prorogari. ſ. de offi. del. P. & G. ¶ [Quorum nomina] 3. pars. & dicas quo-
8 rum. ſ. trium, †vel quatuor, quos impetrator per dictam generalem clauſulam conuenire intendit. [Noĩa] & cognomina, vel alias certas circumlocutiones. ſ. de teſti. licet ex quadam. vt oĩs ęquocatio euitetur. alias ꝯ ſ. eo. ſignificatuit. & c. quia nonnulli. [In primo citatorio.] cuiuſlibet illorum quatuor. ſm̃ d. n. q. d. quilibet ex quatuor ad minus ter eſt citandus. 14. q. 3. de illicita. ff. de iud. ad peremptorium. ſ. de do. & contu. prout. Igitur ſi in primo citatorio cuiuſlibet perſonæ non exprimantur noĩa, præſumitur impetrans doloſe verſari, ſed ſi apponitur in primo cuiuſlibet, non eſt neceſſe, ꝙ in ſequẽtibus apponatur. Vr̃ m̃ ſufficere, ꝙ in primo citatorio illius, quem primo citari fecerit, hæc noĩa exprimantur, dummodo per manum tabellionis fiat, & in cartulario
9 curiæ apponantur. at ſ. de prob. qm̃ ꝯ falſam. nec præſumo, ꝙ † tabellio per cuius manus oĩa tranſeunt, aliquam fraudẽ faciat circa hoc. ff. de teſt. Domitius. ſ. de præſcri. ad audientiã. Et idem vr̃ etiam, ſi in primo citatorio non exprimant, dummõ in actis reperiatur ſcriptum ꝑ manũ publicã, & corã teſtib. arg. C. de ſent. q̃ ſine certa quanti. profer. l. pe. ad fi. q̃uis enim hæc verba videantur ꝯ dicere, eſt m̃ de mente, ꝙ ſufficit hoc taliter fieri, ꝙ nõ ſit locus fraudi, vel variationi, vt apparet ex ſequ. ad hoc ff. de legi. ſente. ff. de leg. 3. non aliter. Verum quia impetrantes ſunt nimis calumnioſi, dicimus vtrunque ſeruari debere. ſ. non ſolũ mentẽ, ſed verba, quia in talibus non poteſt nimis magna cautela adhiberi. Sed ſi hoc omittatur, nõ dicimus primũ reſcriptum ꝓp hoc vitiari. ſpectat tñ ad iudices potius, q̃ ad partes, oẽm adhibere cautelam. ar. ff. de iudi. ſi prætor. ff. ne quid in lo. pu. l. fi. ergo caueat cui, & qualiter delegabit. ar. ſ. eo. c. proxi. & nomina quorum corã eo expreſſa fuerint, ſignificet delegato, nec quouſque corã eo expreſſa fuerint, ſubdeleget. ar. ſ. eo. paſtoralis. §. 1. & ii. Et ei conſulimus, ꝙ in nullo procedat, quouſque noĩa ſint expreſſa. Sed nũquid ex quo noĩa expreſſit, & ſcribi fecit, eſt locus variationi? Scripſit. B. ꝙ nõ, quia ex quo noĩa ipſa expreſſit, perinde habetur, ac ſi eſſent expſſa in literis, & ſic non extenduntur literę ad alias perſonas ſ. eod. c. quia & c. ſignificauit. & ſ. de off. dele. P. & G. & hoc videtur velle
10 hęc litera, nam & talem inconſtantiam merito† recuſabit iudex. ff. de procu. in cãæ cırca prin. Sed ꝯ. ff. de colla. bon. nunquam. ff. de interro. act. de ætate. §. ex cã. & §. fi. & ſ. de excep. paſtoralis. Dicas, ꝙ ſi in aliis caſibus ex cauſa admittatur variatio, in hoc tamẽ caſu non eſt admittenda. quia iſte impetrãs odioſus eſt, & debuit venire inſtructus, quem noiaret, & quem conueniret. C. de dila. l. ij. canonizata. 3. q. 3. §. ſpatium. C. de tempo. in integrum reſt. petendæ. ff. de excep. do. pure § ſi ff. de calum. annus. Quid ſi quis im-
11 petrauit, †ꝙ ſibi prouideatur de beneficio primo vacante, quod

ipſe duxerit acceptandū expreſſit vnum, & acceptauit, nonquid poſtea poterit variare, & aliud acceptare? Hic eſt ar. ꝙ non, ſm B. Hoc puto verum, ſi vacans acceptauit, & ipſum conſequi potuit. ſ. de concell. pꝫb. extra. quia in cunctis. §. pe. ſi autē conſequi non potuit, quia forte is, qui conſimiles literas habebat, priores prius datas acceptauerat. ar. ſ. de of. del. ex parte. j. vel ſi acceptauit non vacans, quia talis acceptatio non tenuit, variare poterit, & aliud acceptare. ar. ff. de op. leg. l. ij. & quia verba intelligenda ſunt cū effectu. ſ. de ele. non reſi. relatum. Caueat tñ ſibi talis, ne per ſinſam ſuccumbat, ſiue colluſione aliqua, nam ſi colluderet, non ſibi ꝓdeſſet, ſed obeſſet. ſ. de collu. deteg. c. ij. Sed & ſi compromitteret, vel alias componeret, imputaretur ſibi, nec poſſet aliud acceptare. arg. ff. de euic. ſic dictum. §. ſi a compromiſſo. ſ. eo. ad audientiam. [Exprimat.] vt ſic appareat de quib. ſenſit & ꝯ quos impetrauit, nec liceat his relictis aliquam fieri emendationem, vt in Auth. de teſti. §. quia vero multi. coll. 7. [Forſitan.] hoc ideo dicit q̃a hoc bene poſſet fieri ſine fraude, puta quia alij ſucceſſit, ex cuius ꝯſtu agat. ff. de inter. act. de ætate. §. ex cauſa. ff. de reg. iu. qui in alterius. Veruntñ quia & fraudulenter fieri pōt, mutatur hoc ius ne vllum dānū accidere poſſit. Joſti. de auth. tu. §. j. ibi, neq; in hereditatē &c. [Relinquatur] cui & ius, & iudex occurrere debet. ſ. eo. ſedes. in fi. & c. ſeq. in fi. & ſ. qui ma. accu. poſſ. ſignificante. Inſt. vi bo. rap. §. ſed ne dum talia. [Circa ea] ſnōia. ergo patet hic, ꝙ

12 ex quo expreſſa ſunt, ſemel † variare non licet, nec vltra quatuor poſſunt per hanc generalem clauſulā cōueniri. Sed quid ſi vnus

13 de quatuor † eſt eṗs, qui conuenitur ſuper limitibus eṗatus, & ſic ſine ſuo capitulo, non poteſt eſſe in iudicio, qui ſunt forſuā pluſquam centum? Dic, ꝙ oēs computantur pro vno. ar. ſ. de ma. & obe. c. fi. & ſ. de offi. del. ſuper eo. Idē ſi ſunt plures eandem litē habentes forſan ex cā ſocietatis, vel quia ſunt hæredes, qui noīe teſtatoris defuncti conueniuntur. ff. iudi ſol. iā tñ. §. in hac. Et idem

14 in cauſa indiuiſibili. ſ. de appel. vna. Idē ſi † vniuerſitas, vel collegiū conueniuntur. ſ. de ſindico. c. vnico. & ſ. de ſen. & re iud. cum ſup & in hoc conueniunt hi, qui ſuper hoc c. gloſſauerunt. Tn tō dicas, ꝙ nulla vniuerſitas, nullum collegiū poterit per hanc gnalē clauſulā conueniri, niſi vniuerſitas, vel collegium aliquod fuerit ſpecificatum. ar. ſ. eo. ſedes. Et eſt ratio, quia ſm ſtilum curiæ alia eſt forma literæ impetratæ ꝯ ſingulares, alia ꝯ vniuerſitatem, vnde tunc ſemper conſueuit apponi hæc clauſula prouiſo, ꝙ in dictam vniuerſitatem ſine ſpeciali mandato noſtro nullā excōicationis, vel interdicti ſnīam proferatis. quod hodie de excommunicatione & ordinariis prohibeť. ſ. de ſen. exc. Romana. §. fi. & idē eſt qñ aliquis nobilis baro cōuenitur. Ergo aut vniuerſitas aliqua eſt ſpecificata, & tunc & quatuor per generalem clauſulam poterunt conueniri, dummō non ſint maiores q̃ expreſſi, aut nulla eſt ſpecificata, & ſic nulla poterit cōueniri. [Libere variare.] ſecus

15 in patrono laico, quia † ille variare poteſt, ſed eccleſiaſticus non poteſt. ſ. de iure patro. ꝙ autem. reſpon. j. & c. cum autem.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa quibus & vbi ſunt a ſede apoſtol. delegandæ. & nu. 16. & 17.*
2 *Decretum quid ſit.*
3 *Decretalis epiſtola, quæ dicatur.*
4 *Conſtitutio quæ ſit.*
5 *Canon, quod dicatur.*
6 *Dogma in doctrina fidei conſiſtit.*
7 *Mandatum quod dicatur.*
8 *Interdictum quid ſit.*
9 *Sanctio, quæ dicatur.*
10 *Pragmatica ſanctio quæ ſit.*
11 *Iudex deligatus non idoneus ſi fuit datus a cancellario ex certa ſcientia, an poſſit contra eum excipi.*
Et quid ſi partes, vel earum procuratores de cōi conſenſu interpretauerunt.
12 *Papa delegando cauſam ſimplici clerico, an & quando teneat delegatio.*
13 *Dignitas officium & perſonatus pro eodem ſupponunt.*
14 *Dignitas, quid ſit.*
15 *Promoueri debet melior & ſuperior.*
18 *Clerici non aduocent coram eccleſiaſtico iudice.*
19 *Eccleſijs in cathedralibus ſunt ponenda perſona idonea.*
20 *Ordinarij an poſſint committere cauſas cuilibet clerico.*
21 *Epiſcopi ſunt inſtituendi in ciuitatibus, non in caſtris, vel villis, nec in alijs locis vilibus.*
22 *Canonici omnes debent eſſe periti.*
23 *Leges in ciuitatibus docendæ ſunt.*
24 *Magiſtri theologiæ in ciuitatibus ponendi ſunt.*
25 *Curam animarum qui habent, neceſſarium eſt, quod canones non ignorent.*
26 *Studij nomine non intelligitur illud, quod in caſtro. vel villa exercetur.*
27 *Ciuitas quælibet inſignis eſt, & in ea reperiuntur periti.*
28 *Cauſa delegata in certo loco ſi vna pars dicit ibi non eſſe copiam peritorum, altera vero ſic, quid agendum.*
29 *Dilatio eſt danda propter abſentiam aduocati.*
30 *Sententia lata velamento abſentia aduocati an retractetur.*
31 *Iudices cauſ expenſis veniant ad locum deputatum.*
32 *Iudex ſi mandat citatis, quod ſecure veniant, quia ipſe dabit copiam aduocatorum, an teneantur ire, cum ibi non ſint aduocati in loco, niſi vestra.*
33 *Citatus tenetur venire, vel mittere idoneum reſponſalem.*
34 *Caſus in quibus prædicta regula fallit.*
35 *Citandus quomodo quis ſit cauſæ.*
36 *Partes an poſſint renunciare conſtitutioni c. præſenti de reſi. inuito iudice.*

C A P. II.

a PRæſenti. [a] Prouidet dñs noſter, ne cauſæ aliis
1 q̃ † perſonis, ſeu canonicis cathedralium, vel collegiatarū eccleſiarū venerabiliū a ſede apoſtolica delegentur, nec alibi, q̃ in ciuitatibus, vel alijs locis, in quibus poſſet haberi iuris copia peritorum, examinent. partes non venientes nullā pœnā incurrunt ſi alibi (niſi de cōi ꝯ

2 ſenſu) citentur. [Decreto.] Decretum † eſt, ꝙ Papa de conſilio fratrū nulla facta conſultatione ſtatuit, & in ſcriptis redegit, vt hic. & 25. q. j. generali. & ſ. de his quæ fi. a ma. par. ca. & ſi membra. er

3 go per hoc verbū innuit, ꝙ de fratrum conſilio emanauit. † Decretalis vero eſt, qñ ad conſultationem rñdet, ſiue ſolus. ſ. eo. c. j. ſiue de fratrum conſilio. ſ. de elec. in Geneſi. in fi & c. eccleſia. in

4 fin. Conſtitutio † aūt dr̃, qñ Papa aliquid proprio motu ſtatuit ſine conſilio fratrum. ſ. de maio. & obe. ſtatuimus. & ſ. de cōſtitu

5 tionib. qm̄ conſtitutio. Canon † dr̃ quod in concilio promulgat ſiue pronunciatur. ſ. de foro comp. c. 2. & 3. ſiue generali. ſ. eo. nō

6 nulli. † Dogma in doctrina fidei conſiſtit, de conſe. diſt. v. c. pe. ſi

7 cut eſt illud. ſ. de ſum. Trin. c. j. & ij. §. fin. † Mandatum dr̃, quando tractatur de moribus. 4. di. denique. & ſ. de vita & ho. cler. vt cleri

8 corum. Interdictū eſt, † qō nulla pœna adijcitur. de conſe. diſt. 4.

9 non oportet. Sanctio † vero fit cū adiectione pœnæ. xvij. q. 4. ſi qs.

10 ſuadente. † Eſt & pragmatica ſanctio, de qua not. ſ. de rerum. permu. c. j. [Prouidendum.] Per hoc dixerūt aliqui, ꝙ bene valebūt literæ etiam ſi cauſæ perſonis inferioribus committuntur, quia hoc decretum non continet ius cōe, ſed eſt quædam prouiſio, q̃ Papa imponit cancellariis, & legatis: ſed dic prouidendū. i. prouide & iuſte ſtatuendum. ſi. ſ. eo. c. proxi. & intelligit, qñ impetrans

11 elegit iudices, quos voluit. Quid ergo ſi conſtet, † ꝙ cācellarius ex certa ſcientia ipſos dedit? Non videtur tunc habere locum exceptio. arg. ff. de iud. obſeruandū. Quid ſi de cōi conſenſu impetrauerunt partes, vel partium procuratores? Non poterit excipi ar. ſ. de offi. del. cū olim magiſter. §. præterea. & ca. ſuper qōnū. §. verum. ſ. de cā. poſſ. & proprie. cum olim §. j. ſ. de ſent. & re iudic. cām quæ ante fi. ſ. de verb. ſign. in his. ante fi. cum hoc ſtatuatur pro cōmō priuatorum, ei renuntiari pōt tacite, & expreſſe. ſ. de fo. compe. ſi diligenti. §. j. ver. manifeſte. ſ. de regularib. ſtatuimus. vbi de hoc.

12 Quid † ſi Papa ſcribit alicui ſimplici clerico? Si conſtat, ꝙ ex certa ſcientia hoc facit, excipi non pōt, & ſic intellige. ſ. de priuil. cum olim. ii rñ. j. ver. interim aūt. alias ꝓiumā ſubreptitiū, vel expectabo ſcdam miſſionē. in Auth. vt nulli iud. §. hoc vero iubemus. niſi & dicatur in literis non obſtante tali ꝯſtitutione. ſ. eo. nonnulli. [Vel legatis.] vel delegatis, nā hi æquales ſunt quo ad illū, a quo iuriſdōnē hñt. ſ. de offic. lega. ſtuduiſti. & ſi tales pōt ſubdelegare quibuſcunq; vellent, fruſtratoria eſſet hæc prouiſio, & illi frequēter eluderentur, qd vitandum eſt. ar. ſ. de diuor. quanto. §. pe. Hoc ſi velit delegare iuriſdōnē, ſecus ſi committit audiētiam alicuius articuli, nam in auditoribus hæc conſtitutio non vēdicat ſibi locum. ar. ſ. de offi. deleg. ſuper qōnū. §. fi. ſm d. n. Sed ꝯ. eod. tit. §. verum. vbi innuitur. ꝙ poſſit excipi, niſi datus ſit de partium voluntate. Dic, ꝙ ibi loquitur de ſuſpecto, nec facit vim in vtilitate, & verba huius conſtōnis non includit auditorē, vt patet in ſeq. gl. [Cauſæ.] Hæ non cōmittunť ſine iuriſdōne. ſ. de offi. del. præterea. ergo non ꝓhibet, quin audientia alicuius articuli, vel mera exe

13 cutio cuilibet clerico committi poſſit. [Dignitate] dignitas † officiū, perſonatus pro eodem ſupponunt. ſ. de conſti. cū acceſſiſſent & de hoc no. ſ. de clericis nō reſi. quia non nulli. [Prædita.] i. præ

14 aliis dotatæ, vel latæ, vel poſitæ eſt enim dignitas † quædam præeminentia in eccl̃ia. ſ. de verb ſign. ꝗuis. Et de hoc præſumēdum eſt, ꝙ tōne bonitatis, & diſcretionis ſuę ꝓmot' ſit, oīa recte agat.

15 ſ. de ꝓ. ſum. eū in iuuentute. 41. di. c. j. 61. di. miramur. nā & † melior & ſuperior ꝓmoueri dēt. 63. diſt. metropolitano: cuius reſpectu cæteri grex dñt. 25. di. vnum. §. nunc autem. ſ. de off. cuſto. ca. ij. §. in his. & qui magis laborant, meliora habet merita, ſiue ſtipendia. C. de off. ma. off. l. ij. in fi. & quanto quis melioribꝫ præeſt, tanto melior, & honeſtior eſt. i. eſſe dēt, vel præſumitur. in Auth. de

16 defen. ci. §. nos igit. j. col. coll. 3. Ex hoc in † vr̃, ꝙ ſedes apoſt. nō cōmittit cām alicui minori. 25. ann. ar. ſ. de elec. cum in cunctis. §. inferiora. Sed credimus, ꝙ ſufficiant. xx. ano ſ. de offi. delega. cum viceſimum. vbi plene de hoc dixi, ideo etiam. ſ. ſequitur de canonicis, in quibus non requiruntur. xxv. ann. ſed ſufficit, ꝙ ſint adoleſcentes. argu. ſ. de præben. ſuper inordinata. quod dic, vt ibi not. Intelligas tamen, ꝙ quo ad hoc de quo hic quæritur. neceſſe eſt, quōd canonicus habeat ad minus. xx. ann. vt nota ſ. [Cathedra-

libus

A D D I T I O.

a ¶ Hanc hodie non habemus, & ea pro magna parte ſint ſumpta ocer ſtatutum, quæ eſt in ordine ij.

17 libus.]Hoc ideo dicit : † quia in his præſumuntur eſſe meliores
clerici, & diuinæ legis & humanæ periti. xxiiii.diſt.quando.ſ.de
magiſtris.c.i.& c.quia.& c ſuper ſpecula.ſ.de elec.ne pro defectu.
[Honorabilibus]Hoc ideo dicit: quia non ſufficit,ꝙ ſint collegia
tæ tenues,ſicut ſunt multæ in Sicilia, & Tuſcia, ſed requiritur, ꝙ
ſint honorabiles.i.propter perſonas literatas,& honeſtas ibi poſi-
tas ꝑpter facultates amplas honorandæ.Quid enim ſi magni vi-
ri magnas cauſas agerent coram illiteratis clericis & pannoſis?Ve
18 re tilui parerent.ſecundum.d.n.ideo prohibitum † eſt , ne clerici
aduocent coram ſeculari iudice.vt ſ.de poſtu.ca. j. Quid enim ſi
ſit canonicus cathedralis, vel eccleſiæ tenuis , puta Vacieñ.alias.
Venteñ.nam in multis cathedralibus inueniuntur idiotæ & pan
noſi? Reſpon.Sufficit,ꝙ ſit cathedralis ſecundum.d.n.& eſt ratio
quia pro maiori parte ſunt honorabiles quo ad diuitias & perſo
nas. nam quod raro fit (ſicut vetus ſapientia docet) non obſeruãt
legiſlatores,ſed quod fit plerunque.i.frequenter, & reſpiciunt, &
moderantur,vt in Auth.vt ſine prohibi.matres filii.ta. ge. §. quia
vero.colla.vi.arg iiii.diſt.erit.ff.de leg.nam ad ea [Inſtitutæ.] arg.
19 † ꝙ in honorabilibus eccleſijs & maxime in cathedralibus ſunt
ponendæ perſonæ idoneæ,& non minores. xx.annis,arg.ſ.de off.
deleg.cum viceſimum.nec laici,arg.ſ.de iud.decernimus.imo ec
cleſiaſticę,tonſuratæ,honeſtæ,& literatæ.ſ.de inſti.ca.ii.& c.ad de
corem.quod dic,vt ibi no. nec enim ſunt cauſæ eccleſiaſticæ aliis
delegandæ.ſ.de offi.deleg.ſi pro debilitate.& c.cum te.Sed nunqd
20 † ordinarij hac conſtitutione aſtringuntur? Non. imo poſſunt
delegare.quibus volunt clericis etiam inferioribus. ſecundum.d.
n. Et eſt ratio: quia ſicut in reſcriptis apoſtolicis maior diligentia
adhibetur.ſ. eo. ad audientiam.vbi de hoc.ita & in iudicibus ſuis,
qui nec aliter debent procedere,quam ipſe proceſſurus eſſet.ſ.eo.
ſuper literis.in fi.ſ.de appel.nouit.& ideo magis poſſet confundi
Papa tanquam maior,ſi in proceſſu iudicis ſui aliquid iniuſtum,
vel indecens poſſit notari.ipſe tamen ſibi cauebit bene,vt patet.ſ.
de vſu pal.niſi ſpecialis.¶ Nec alibi] ii.pars.[Ciuitatibus.] in qui-
21 bus ſunt † epiſcopi inſtituendi,non in villis,vel caſtris, vel aliis lo-
cis vilibus.lxxx.diſt.c.j.ii.iii.& iiii.& ſ.de priuil. c. j. ideo pręſumi-
22 tur,ꝙ in talibus locis ſit copia peritorum. † nam omnes canoni-
23 ci debent eſſe periti,vt patet in his,quæ no.ſ.de inſti.ca.ii.† in ciui
tatibus etiam leges docendæ ſunt,vt in procemio.ff. pen. colum.
circa fi.§.hęc autem tria.& §.pen. A talibus locis non ſunt prohi
bendi fratres prædicatores,neque minores.ſ.de exce.præla.nimis
praua.§.ad hæc nec fratres. Sed & in eccleſijs ciuitatum ſunt po-
24 nendi † magiſtri theologiæ , qui ſacerdotes informent in ſacra
pagina, & in his, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur.
25 ſ.de magiſtris.quia nonnulli.§.ſane.† ergo neceſſarium eſt,ꝙ ca-
nones non ignorent,arg.ſ.de tempo.ordi.vel non eſt compos.&
ſ.de ęta.& quali.cum ſit ars artium.ſ. de conſang. & affi.c. j. §.fi.
26 & † nomine ſtudij non intelligitur illud,quod in villa, vel in ca-
ſtro aliquo exercetur.ſ.de cleri.non reſi.ex tuę.quod dic,vt ibi no.
Quid ſi ſit ciuitas,vbi non habetur copia iuris peritorum? hic eſt
diſſentio.Dicas,ꝙ ſufficit,ꝙ ſit ciuitas,& eſt ratio, vt no. in ſimili
quæſtione ſ.e.ſuper verbo,honorabilibus. ver. quid ergo ſi ſit ca-
nonicus.& ſecundum hunc intellectum illud ibi. quod.i. ſ. ſequi-
tur non determinat hoc verbum ciuitatibus.ſecundum alia loca
27 tantum,quæ propter hoc inſignia dicuntur. Ciuitas † autem inſi-
gnis eſt , & vix eſt, quin in ciuitatibus, vel ibi prope inueniantur
periti,& ſi prope ſunt,in ciuitatibus copia ipſorum haberi poteſt
ad hoc.ff.de rei ven.quæ religioſis.vij.q.i. pontifices.[Vbi.]i.in qui
bus locis inſignibus.[Haberi valeat.] ſiue de longe,ſiue de prope,
nec enim eſt curandum, quomodo habeantur , dummodo ha-
beantur.Vel dic,ꝙ hoc poteſt ſuſtineri quo ad ciuitates, quæ tan-
quam inſignes in hoc priuilegiatæ ſunt,vt no.ſ.in præceden. glo.
in alijs autem locis requiritur, ꝙ in locis inueniantur, & in locis
ſint. Et eſt ratio : quia hæc conſtitutio facta videtur in fauorem
reorum & pauperum, & quia magis conſtat aduocatus aliunde
veniens,quam indigena non eſt bonum hoc dilatare in pręiudi
ciũ eorũdem,arg.C.de legi.quod fauore.ſ.de ap.vt debitus. Quid
28 ſi inter partes & iudices ſit ſuper hoc † contentio : quia vnus
dicit inſignis eſt,& habet copiam peritorum,& alius dicit , non
eſt verum quid fiet ? Ad opinionem communem prouinciæ re-
currere argumen.ff.de ſuppellecti.lega. Labeo.ſ.de ſpon. ex literis.
Quid ſi adhuc ſuper hoc ſit contentio? Non ſtabit ſuper hoc ar-
bitrio iudicis cognoſcentis.argu.C. de arbit.nemini. quia forſan
prouocatus obeſſet , ex quo quia contra aſſertionem ſuam con-
tendit.argum.ſ.de poenis.dilectus. recurratur ergo ad arbitrium
boni viri.i.iudicis.ff.de iniur.ſed & ſi vnus.§ ait prætor.C.de iud.l.
fina.non tamen ſecularis,ſed eccleſiaſtici.ſ.de arbi. contingit. ſ.
de iud.decernimus.ſecundum dominum noſtrum. Dicas,quòd
recurrendum non eſt ad arbitrium boni viri .i. iudicis. ff.de ver-
bo.obligatio.continuus.§ cum ita. ergo per arbitros huiuſmodi
concertatio ſopiatur.ſ eo.titu.paſtoralis.reſpon.primo. ſ.de offi-
cio delega.ſuſpitionis.hoc vbi euidenter apparet, & ſi notorium
eſſet,quòd ibi nõ eſſet copia peritorum,appellari poſſet. ad hoc .
de appell.conſuluit.& caue,quia licet aliter intelligatur ab aliis,
& lex continuus.fuerit hic aliter inducta , ego tamen magnam
vim facio inter hæc duo.ſ.inter boni viri .i.iudicis, & inter iudi-
ces,ideſt boni viri[Copia]peritorum tam pro aduocatis.ff.de po
ſtul.ab hoſtibus.§.finali,& l.ait prætor.§ fina quam pro aſſeſſori-
bus.ſ.de vita & honeſta.clerico.cum ab omni.vbi de hoc.& con-
29 ſiliariis.xi.q.iii.non licet.& eſt hic argum.quòd † danda eſt dilatio
propter abſentiam aduocati.& ſ.de iudic. paſtoralis. ſ. vt lit.non
conteſta.cap.primo.dicas hoc eſſe arbitrarium inſpecta ſimplici
tate , vel malitia petentis , quantitate , & qualitate cauſæ,nam ſi
malitioſe petatur,denegari poteſt. ſ.de dolo & contuma. prout.
30 ſi bona,conceditur. iii.q.iii.de iudiciis.ſententia † tamen lata vela-
mento abſentiæ aduocati non retractatur.C.de poſtul. velamen
to.excipe cauſam fiſci.ff.de iure fiſ.ſi fiſcus.C.de aduoca.fiſ.l. fin.
Sed & reſtituetur eccleſia,ſi fuerit indefenſa.ſ.de reſti.in integ. ca
pit.ij.§.penul.ſ.ne ſe.va.ca.i.& fina.[Cauſę huiuſmodi]ſcilicet a
ſede apoſtolica delegatæ,aliæ ergo non includuntur , vt no.ſ.ſu-
per verbo,inſtitutæ. ver. ſed nunquid ordinarij[Agitentur] non
prohibet commiſſionem , ſed cauſæ examinationem alibi, quã
in aliis locis fieri poſſe,& eſt ſimile, quia bene poſſunt ſtare iudi-
ces impetrati vltra duas dietas,dumtamen non trahant vltra. ſ.
eo.nonnulli,& c. dilectus filius.& ſecundum B. hęc glo. videtur
contra textum,quia ſupra pręmiſit de commiſſione non facien-
da niſi perſonis,vel canonicis honorabilium eccleſiarum, & hic
prouidet , quo ad examinationem . ſed dic , quod ſupra non re-
quiritur , quod in illis eccleſiis honorabilibus habeatur hęc co-
31 pia. Sed quęritur † cuius expenſis venient iudices ad locum in-
ſignem? Dixit.B ꝙ expenſis impetrantis,arg.iiij.q.iij.ver.venturis,
vbi de communi conſenſu dati ſunt. ſ. eod. cæterum. §. fina. &
in his quæ no.ſ.e.ſuper verbo,prouidendum.ver.ſi de communi.
Dicas contra.i.ꝙ expenſis vtriuſque partis venient,arg. xiiij. q. v.
non ſane.dummodo non trahatur vltra duas dietas.quod dic, vt
no.ſ.e.§.nonnulli.& c.dilectus. ¶ Iudicibus.] iij.pars.[Vero.]acci
pe verbum infra.vt non pareatur impune,qui contra hoc ſtatu-
tum &c.[Ad alia loca.]i.inſignia,qđ notorium eſt. Quicquid tñ
hic ſcriptum inuenias,ſemper in hoc caſu conſulo,ꝙ vadas, vel
mittas,& excipias, & hanc oblationem coram arbitris te offeras
probaturum & ſi exceptio non admittatur,appelles,& tunc ſuffi
ciet, ꝙ probes, ꝙ oblationem huiuſmodi probationis denegaue-
rit iudex ſ.de appel.interpoſita.ff.de app.non reci.ſi cuius.& om-
nia innouata reuocabuntur.eo.tit.l.penul.& ſ.de appell.dilectus.
§.quia vero.Quid ſi admittat iudex exceptionem, & arbitrorum
electionem, qui pronuntiant exceptionem iniuſtam ? Dixerunt
aliqui,ꝙ non poteſt appellari,arg.ff de appel.non reci.l.fi. & ſ.de
iudi.c.ſi.quia modicum intereſt.ij.q.vj.non ſolent. ſed ſecundum
hoc modica erit prouiſio illius conſtitutionis,quæ ratione inter-
eſſe litigantium introducta eſt.ideo ratione intereſſe tenet appel
latio.ſ.de elec.cum inter.R.iuniorem.§.j.ff.de appella. non reci.l.
j.& dicto.c non ſolent.Quid ſi appellauit aliquis,& non certifica
uit iudicem,& iudex credens contrarium. ſ. pronuntiatum eſſe
contra excipientem & non appellatum , quia forſan pars ad-
uerſa hoc dat ei intelligere,arg.ſ.de appel.cum apoſtolica. excõ-
municat appellantem? Dicunt quidam,ꝙ tenet excommunica
tio.arg.ſ.de appel.ſi duobus.ff.de iudi.ſi quis.ex aliena.Dicas con-
trarium.Nec obſtat.c.ſi duobus.quia ibi conſtat, ꝙ Metropolita-
nus iudex eſt, cuius iuriſdictio ſuſpenſa non eſt , imo prorogata
per appellationem ad ipſum factam,quod bene ſcit aduerſarius,
qui ad ſedem apoſtolicam appellauit,ergo imputet ſibi,ſi ipſum
non certificauit,quia nec aliquis archiepiſcopus tenetur diuina
re.ſ.vt eccleſiaſtica beneficia.vt noſtrum,hic autem iudex certus
eſt,ꝙ iuriſdictio ſua ſuſpenſa eſt per exceptionem oppoſitam, &
ideo nullo modo procedere poteſt,quouſque,vel per relationem
arbitrorum,vel per confeſſiones partium ſibi conſtiterit,qualiter
fuerit terminatum , neque debet credere aduerſario meo. ſ. de
cauſa poſſe.& proprie.c.ſi.talis enim ignorantia non eſſet proba
bilis,ſed ſupina,quæ non excuſat.ſ.de cleri.excom. mi. apoſtoli-
32 cæ.Quid ſi iudex † mandat citatis,ꝙ ſecure veniant,quia ipſe da-
bit eis copiam aduocatorum? Scripſit dominus noſter,ꝙ hoc nõ
ſufficit,quia hi,qui aliunde venirent,exigerent maiora ſalaria , &
ſic non releuarentur litigantes ab expenſis contra mentem hu-
ius conſtitutionis, & graue eſſet in ſingulis terminis nouos quæ-
rere aduocatos,& ſecreta cauſæ ſuæ pluribus reuelare , arg. ſ.vt li.
non conteſta.c.j.ff.de vaca.mu.prætor.& ſ.de renun. c. i. ſecundũ
hoc ſequitur,ꝙ non poſſet aſſignari dies, niſi in vno loco, quia ſi
in diuerſis,aut duceretur aduocatus,qui fuit in alio loco,& ſic dabit
clientulis maius ſalarium, aut aduocatus indigena conduceretur,
& ſic mutabitur aduocatus.Ideo dicit,quòd ſufficit hanc conſti-
tutionem ſic ſcriptam eſſe,& ſi per quam dura ſit.vj.quęſt.iij.ſcri-
ptum eſt.ff.qui & a quibus ma. li. non ſi. proſpexit. Poteſt eſſe,&
alia ratio , quia in talibus locis meliora, & plura hoſpitia , vi-
ctualia , & honeſtiores, & digniores , & ditiores teſtes reputan-
tur , & reperiuntur , quamuis hoc plerunque fallat , & talia iudi-
cibus & litigantibus neceſſaria ſunt. Quid ſi iudex non ad-
mittit exceptionem reputans , quòd locus notorie inſignis eſt,

& ideo non eſt recipienda probatio. ff. qui ſatiſda. cogan.ſi vero.
ſ.de electi. bo. me. Maguntinẽ.§.contra. & ideo contra appel-
lantem proceditur? Dic , quod in pendenti eſt,vtrum proceſſus
teneat,nam ſi appellatio pronuntietur iuſta, apparet,ꝙ proceſſus
nullus eſt,ſi iniuſta,apparet,ꝙ tenet.ſ.de eo qui mit.in poſ.cau.rei
ſeruan.cum veniſſent.§ fi.ſ.de appel.vt debitus.[Citauerant.]als.
[Citauerint.] iniuſte hoc faciunt,& ideo non paretur impune.i.
ſi quis non pareat , ſine pœna erit.ſic.ff.de iuriſdi.om.iu.l.fi.Et ꝑ
hoc notauerũt quidam,ꝙ citatio nulla eſt.quod verum eſt, ſi no
torium ſit,ꝙ non eſt in ſignis,alias contra vt patet in his,quę no.
ſ.Sed contra: quia poteſt eſſe, ꝙ renuntiatum ſit huic conſtitu-
tioni,vt ſequitur,& ideo ſemper debet venire,vt no.ſ.e.nonnulli.
33 No.igitur,ꝙ † citatus regulariter tenetur venire , vel mittere ido-
neum reſponſalem.ſ.de do.& contu. cum dilecti. §. expectanti-
34 bus.† Sunt tamen caſus,in quibus hæc regula fallit.Primo,quan-
do notorium eſt,ꝙ locus non eſt inſignis,vt hic.ſm quoſdam qd
dic,vt ſ.Secundo: quia vltra duas dietas eſt locus,ad quem trahi-
tur a ſua diocæ. quod dic,vt no.ſ. e.nonnulli.Tertio qa locus nõ
eſt tutus.ſ.vt li.non conteſta.accedens.ij.Quarto:quia non eſt ho
neſtus ſaltem alteri partium.ff.de arbi.ſi cũ dies.§.ſi arbiter.Quin-
to: quia euidens eſt citantem non eſſe iudicem.ff.de re iudi con-
tumacia.§.fi.& ſ.de offi.deleg.prudentiam.& c.fi.quod dic vt ibi.
Sexto,quia licet ſit iudex,tamen citat ad locum,qui nõ eſt iuriſ-
dictionis ſuæ ff.de iuriſd om.iu.l.fi.ſed certe hoc euidens eſt: quia
poteſt eſſe,ꝙ habeat licentiam iudicis alterius territorij , vt ibi ſe-
deat,cum in proprio territorio forſan commode hoc nõ poſſit,
quod tu dic,vt no. ſ.de offi.lega.nouit.ſ.de vſu pal.ex tuarum. dũ-
tamen extra prouinciam non citetur.vt ſ.ſequitur.Septimo,quia
citatur extra prouinciam.iij.q.vj.vltra.& c.vnaquæq;. & c.ſeq. in
Auth.de ſanc.epiſc §.vt autem omnis.coll.ix.& in Auth.vt om-
nes obe.iud.§.hoc conſiderantes.coll.v.& de hoc.ſ.de dolo & cõ-
tuma.cum olim.§.fi.Octauo: quia reſcriptum non inſeritur ſm
quoſdam,arg.ſ.de dila.præterea.Nono,quia euidens eſt iudicem
eſſe ſuſpectum,vt ſ vt li.non conteſt.accedens.j.iij.q.v.quia ſuſpe-
cti.Decimo,quia euidẽs eſt citatum ſpoliatum eſſe.ij.q.ij. nullus.
& q.iij.ſi quis epiſcopus.& ſ.de reſti.ſpo.olim.ij.Vndecimo: quia
euidens eſt ipſum ſoluendo non eſſe.ſ.de ſolu.Odoardus.Duode
cimo: quia citatio non continet cauſam citationis. v. alias iij.q.
ij c.j.& fi.ff.de fer.l.j.Sed contra.xj.q.iij.certum.quod poteſt habe-
re locum ſm ea quæ no.ſ.de app.extra Romana.§.cum autem.
ſecundum.d.n. Tertiodecimo : quia citatur quis ad eligendum
epiſcopum adhuc ipſo epiſcopo viuente.ſ.de elect.bonæ me.Cre
mon.§.fi.Quartodecimo:quia citat ad diem feriatam.ff.ſi quis in
ius vo.l.ij.in fi.de hoc tamen dic,vt no.ſ.de reſt. in integ. tum ex
literis.§ fi.contra.& ſ.de dila.c.fi.contra. Quintodecimo,quia li-
bertus fecit citari patronum.iiij.q.iij.§.item in criminali. circa fi-
nem.Sextodecimo,qa citaẽ perſona, ꝙ veniat in ꝓpria pſona,&
eſt impeditus infirmitate,ſed hic debet mittere excuſatorem.ſ.de
dolo & contu.cum dilecti. §.expectantibus. ſ. de elec.bonæ me.
Magun.§.contra.& ſeq.hoc etiam hodie delegatus facere non po
teſt,niſi in caſibus.quod dic,vt leg.& no.ſ.de iud.extra iuris.Septi
modecimo:quia cauſa grauis eſt,& impeditur.ſ.de procu.quere-
lam.dic , vt ibi not.Quamuis autem dictos caſus ſic recollegeris,
hoc teneas,ꝙ excepto.v.& vij.& ix.& x.& xj.xiii.xiiii.& xv. in om
nibus alijs debet venire,vel excuſatorem mittere, & conſulte fa-
ciet,ſi ſemper mittat allegaturus ſaltem exceptionem ſuam.ff.de
iudi.ſi quis ex aliena.& de hoc.ſ.no.de appel.cum periti. Vnum
35 † nota,ꝙ qui vult caute citare,debet in literis citationis appone-
re,quis citat,quem,ſuper quo,quando,& vbi,vt per ſe,vel per aliũ
reſponſalem legitimum, & idoneum, ſiue ſufficientem compa-
reat,& mandare aliquibus,ꝙ citent,& ſuper hoc citantem certifi
cent,vt omnia hæc colliguntur.ſ.de dolo & contu. cum venera-
bilis.[Vtriuſq; partis.] ſic enim non poteſt alterutra, pars conue-
niri,vt patet in iuribus inductis ſ.eo.ſuper verbo, prouidendum.
36 ver. quid ſi de communi conſenſu. Sed nunquid † inuito iudice
poſſunt renuntiare partes huic conſtitutioni? Non , quia & ſua
intereſt conſiliarios habere,arg.C.de inge.& ma.ſi auiam.ſ.de of.
ordi.inter cætera.xcv.di.eſto ſubiectus.& bona hoſpitia & victua
lia inuenire,ad quod pertinet,quod no.ſ. ſuper verbo, ad alia lo-
ca.ver.ſecundum hoc ſequeretur.iudex tamen eo ipſo,ꝙ citat, ꝯ-
ſentire videtur tacite ipſo facto,ar.ſ.de offi.deleg.gratum.ſ.de trã-
ſa.ex literis.[Proceſſerit.]vel ex poſt facto ratificata fuerit.ſ. de his
quæ fiunt a præla.c.ij.& iii.vbi de hoc.expreſſe, vel etiam tacite re
ſpondendo,arg iii.q.vi.pulſatus. nam per contrarium actum re-
nuntiat quis iuri ſuo.ſ.de ſen.& re iudi.inter monaſterium. ſ. de
præbend.pro illorum.ſ.de conſtitu. cum acceſſiſſent. cum ſimi-
libus.

S V M M A R I V M.

1 *Diſpendium dicitur duobus modis,longum,& inutile.*
2 *Compendium vero dicitur breue,& vtile.*
3 *Aduocati habent os plenum maledictione.*
4 *Actor an poſſit conuenire reum ſuper pluribus actionibus perſonalibus vel realibus coram diuerſis iudicibus.& nu.6.*
5 *Cauſæ perſonales facilius expediuntur.*
7 *Impetrans ex ſola impetratione punitur , quando impetrauit ſuper pluribus perſonalibus diuerſos iudices contra eundem reum.*
8 *Impetrans iudicem ſuper vna cauſa,an ea finita poſſit alium iudicem impetrare ſuper alia cauſa contra eundem reum.*
9 *Appellans in vna cauſa a iudice,quem ſuper pluribus impetrauit, an poterit ſuper eodem alias cauſas proſequi.*
10 *Iuriſdictio emiſſa de conſenſu partium an eam poſſit Papa aſſumere.*
11 *Actor qui malitioſe fatigat aduerſarium condemnatur in expenſis.*
12 *Reconuentioni quando eſt locus,& quando conuentioni.& nu.14.*
13 *Reus conuentus coram delegato coram quo iudice poteſt actorem reconuenire an coram eodem an coram ordinario.& nu.15.*
16 *Reconuenir an poſſit clericus criminaliter coram iudice ſeculari coram quo ipſe conuenit laicum.*
17 *Reus actorem reconueniendo quando videtur in iudicem conſentire,& quando eum poteſt recuſare,& eo recuſato ex noua cauſa quid agendum. nume.18.*

C A P. III.

DIſpendia. Vnus ſuper pluribus perſonalibus
actionibus diuerſos iudices contra
eundem non debet impetrare, alioquin commodo
omnium literarum debet carere,& in expenſis con-
demnabitur,ſi per tales literas reum præſumpſerit fatigare. Reus
vero, ſi de actore conqueratur coram impetratis iudicibus ab a-
ctore,ipſum tenetur reconuenire,vel cõuenire,niſi ipſos,vt ſuſpe
ctos valeat recuſare,alias ſimilem pęnam poterit formidare.[Di
ſpendia.]i.grauoſa diffugia, ſeu grauamina ſubiectorum ex liti-
bus prouenientia.ſimile.ſ.de conſti.cognoſcentes. Sed ſecũdum.
1 B.† diſpendium dicitur longum & inutile: † Compendium ve-
2 ro breue & vtile.ſ.de accuſa.qualiter.ij.§.ad corrigendos.ver.con
tra quos.iſtud tamen probat primã expoſitionem. [Aequitatis.]
ſ.de tranſac.c.fi.[Compendio.]i.breuitate exonerante partes a la
boribus,& finem litibus imponente.ſ.eo.nonnulli. ſ. de dolo &
contu.finem. [Qua poſſumus.] quia nec omnia prouidere vale-
mus,nec omnibus fraudibus perfectè occurrere, multæ namque
viæ ad malum perpetrandum hominibus ſunt paratæ.in Auth.
de nup.§.mitiores.alias minores.coll.iiij. & mali calumniantur
3 id,quod clarius eſt, in quo † aduocati , quorum os maledictione
plenum eſt,potiſſime delinquunt. C.man.ab Anaſtaſio.in Auth.
cõſtitutiones quæ ex aſcrip.& li. ma.in prin.coll.vij.ſ.de decimis.
ad audientiã.ſ.de pri.in his & plerunq; nodũ ligamus,dũ anſam
credim⁹ ſoluere.ſ.de ver.ſig.cũ olĩ.[Coarctarẽ]i.reſtrĩgere ſtatu-
tũ,vt ſ.e.tl.c.fi.ver.ſeu quęq;.[Ampliãtes.]& declarãtes i eo,qd.ſ.
ſequitur. §.i.ibi,nec ꝓceſſus &c.vt ibi no. Ampliatur autem in eo
quod habes.ſ.e.§. reus quoque. nam omnia alia continet menti
4 Gregorianæ.[Plures perſonales.] ergo † a contrario ſenſu , ſi ſint
reales,trahi poteſt coram diuerſis,arg.ff.de iudi.cum prætor. xxv.
diſt.qualis.& ſ.de his quæ fiunt a præla.cum apoſtolica.§.penul.
5 & eſt iſta ratio,quia alterius naturæ ſunt. nam & perſonales † fa-
cilius expediuntur,cum inde fiat ſæpius inſtrumentum.ff.de edẽ.
ſi legatum.ſ.de tranſac.c.4. & pro maiori parte viliores & mino-
res ſunt perſonales.vnde & cito expediendæ ſunt. in Authen. de
man.princi.§.ſi tibi.ſecundum.B.ideo & plures in eodem libello
poſſunt proponi , & ſi cauſæ non proponantur , & reſpondeantur
vr̃ omnibus reſponſum eſſe. C. de an. excep. l. fi. licet non ſit re-
ſpondendum,niſi cauſa exprimatur.ſ.de libel.ob.c.ii in fi. vbi de
hoc.ſed ſecundum.d.n. hoc ideo eſt quia oportet, ꝙ res quando-
que ſubiiciatur oculis.ff.finium regun.ſi irruptione.& ratione rei
ſortitur quis forum.ſ.de fo.compe.ſane.vnde oportet habere iu-
6 dices conuicinos.ff.de cen.forma.§.ſi vices.ſicut ergo ſuper † plu
ribus perſonalibus actionibus non eſt quis trahendus coram di-
uerſis ordinarijs,ita nec coram diuerſis delegatis,ſed ſuper diuer-
ſis realibus poteſt coram vtriſque.ſecundum.d.n. dicas maxime.
nam idem in realibus, in vtriſque enim diſtinguendum eſt,vtrũ
fiat bona fide,vel mala.Si bona,vt quia contraxit quis in Anglia,
& ideo vult habere iudicem Angliæ,& in Italia,ideo vult habere
iudicem Italiæ,poteſt, & idem ſuper rebus in diuerſis regionibus
ſitis , vbi nec vnus iudex poſſet impetrari cum ad diocæſim , in
qua res ſita eſt, ſint duæ dietæ computandæ. vt ſ. eod. dilectus fi-
lius.expedit etiam hoc impetranti , quia graue eſſet ei ducere te-
ſtes vnius contractus ad regionem tam remotam. ſ. de fideiuſ.
cap.ii.& iii. Si vero mala fide hoc faciat, puta, quia in eodem lo-
co plures contractus,de quibus agitur,vel plures res in eodem ter
ritorio ſitæ ſunt , tunc non poteſt diuerſos iudices impetrare , &
hoc eſt,quod diſtinguit.B. ſ. eo . quia nonnulli.ſecundum quam
diſtinctionem puto exaudiendum hoc extrauagans , quod lo-
quitur indiſtincte. ff. de lega. non eſt nouum. & l. ſequenti. ff. de
teſti. quæſitum ſcio. de hoc autem plenius tractatur in Sum-
ma. eodem titulo. §. quod tibi præiudicet. ſub. §. vt autem
vtraque.

vtraque.vet.ꝙ ſi idem.& ſeq.& ſ.eo. quia nonnulli [Impetrare.]
7 ex hoc verbo & ſequentibus patet euidenter, ꝙ † ex ſola impetra-
tione punitur quis,vt no.ſ.eo.quia nõnulli.& c. ex tenore.¶[Qui
vero] ſecunda pars[Contrarium fecerit] id eſt ad diuerſos iudices
impetrauerit,licet nõ traxerit.[Commodo].ex ſola impetratio-
ne,dummodo de ipſa conſtare poſſit,& ſi per ipſas reum non fa
tigauerit.vt ĩ.innuit.[Literarum].Hoc intelligas,quando vno &
eodem tempore,vel pendente lite coram vno & diuerſis tempo
8 ribus impetrat ad diuerſos iudices. Quid ergo,ſi finita † cauſa co
ram vno iudice delegato vult aliom impetrare? Licet quidam
ſcripſerint hoc fieri non poſſe,& ſic intellexerint hoc , quod hic
dicit,& in præcedentibus.Tu tamen dicas,ꝙ bene poterit hoc fie
ri etiam coram ordinario.C.de ſen.& interlo.om.iu.auth.& con
ſequenter.arg.ĩ.eo.§. reus . mirum enim videretur & abſurdum
eſt,ꝙ ex quo ſemel impetraſſem contra te vnum iudicem, non
poſſem imperpetuum iudicem alium cõtra te impetrare , nam
per hoc quaſi ordinarius efficeretur inter me & te , & talis inter-
pretatio probatur.ſ.e.ad hæc ſumus.& c.quia nonnulli.Sed quid
9 ſi impetraui † contra te ſuper pluribus , & ſuper vno appello a iu-
dice , quem impetraui ? nunquid pendente appellatione pote-
ro proſequi alias cauſas coram primo iudice , a quo appella-
ui? Dicas ꝙ non,ſed expectabo , ꝙ finiatur cauſa appellationis :
& ſi fuerit pronuntiatum appellationem iniuſtam,remittitur ap
pellans ad primum iudicem ſecundum tenorem poſitum. ĩ. de
app.vt debitus.Si iuſtam,iudex appellationis de omnibus cogno
ſcet ratione connexitatis.arg.ſ.de conſti.tranſlato.ĩ.de offi. dele-
ga.præterea.& c.prudentiam §.pen.& fin.& ſi cauſæ meæ propter
hoc impediuntur, imputem mihi, quia talem elegi.ff.de mu:o.
cum mandato.non tamen iniquitas iudicis nocere debet aduer
ſario,qui non eſt in culpa[Nec proceſſus] &c.Hoc no.ita expreſ
ſe dicebatur in Gregoriana, & facit expreſſe hoc pro noſtra opi-
nione,qui dicimus,ꝙ ex ſola impetratione patitur hanc pœnã ,
quæ literæ nullæ ſunt , nec puto , ꝙ conſenſus partium ipſas poſ
ſit ratificare,cum nullæ ſint ipſo iure,vt hic patet.& ar. ſ. de elect.
dudum . cum enim nulla iuriſdictio tribuatur per Papam , nec
10 partes poſſunt tribuere.quia † nec amiſſam ex conſenſu partium
poſſet reſumere.ſ.de offi.dele.ſignificantibus.Sed.B.contra nota-
uit.arg.ſupra eo.præſentium in fi. Tu dic,ꝙ non obſtat,quia ibi valẽt
literæ,ſed eis obſtat exceptio inducta pro commodo priuatorũ ,
vnde ei renuntiari poteſt. ĩ.de foro competen.ſi diligenti. §. pen.
hic vero nullæ ſunt literæ , nec valet proceſſus habitus per eaſdẽ,
vt hic dicit,& ideo patet , ꝙ aliud eſt hic , quam ibi,de hac mate-
ria plene no.ſupra eo. dilectus filius abbas [Alias]ver.[Fatigaue-
rit.] in iudicium ſ.trahendo.ſ.e.cæterum. ergo ſi fatigauerit præ-
miſſa pœna proxima,ꝙ nullæ ſint literæ,vt hic,& in præmiſſis in
nuit.locum habet.[Expenſis.]ſub.& damnis,vt no.ſ.e.quia non-
nulli.§.fi.& quantũ ad hoc nihil ampliatur hic.imo minus dicit,
vt no. in Grego. quia nonnulli.[Legitimis.] f.ſm.l. præmiſſa ta-
xatione iudicis.in Auth.de iudicibus.§.oportet.coll.vj. quod dic,
vt plene no.ſ.de dolo & contu.finem.& in Summa eiuſdem ti.§.
qua pœna.ſub.§.punitur etiam contumax.& ſeq. [Condemnan
11 dus.] hoc generale eſt,vt qui † malitioſe fatigat aduerſarium, pu-
niatur in expenſis.ſ.eo.c.cæterum.& c.fi.ſ.de do.& contu.c.ij. & c.
finem.& ĩ.de pœnis.calumniam.& ĩ.de maio.& obe.c.fi.ĩ.de ap.
vt debitus.¶[Reus quoque.] iij.pars. In his autem quæ hic dicun-
tur,& ab hoc loco vſq; in finem ampliatur Grego.vt no ſuper ver
bo,ampliantes.[Durante.]hoc ideo dicit: quia iudicio finito po-
teſt quilibet,quem voluerit,impetrare,vt no.ſ.ſuper verbo,litera-
rum.[Reconuentionis beneficio.]q.d.ante li.conte. ſuper libello
12 primo † ab actore oblato.nam li.conteſt.non haberet locum be
neficium reconuentionis,ſed conuentionis beneficium tñ,& ra
tio ſequitur.[Vel]ver.ſubaudi,ſi iam fuerit lis conte [Cõuentio-
nis.]repere beneficio.[Si tamen literas]&c.quaſi dicat,quia deeę
13 tero † primæ non poſſunt ad hoc extendi,& ideo,ſi vult ipſum re
conuenire, non poteſt, & ſi conuenire, nec iſtud quidem poteſt
coram alio iudice etiã ordinario,niſi primo lite finita.C. de ſent.
& interlocutione omnium iudi.auth.& conſequenter. neq; co-
ram eodem delegato,niſi ad eũdem literas impetret, ergo ſi vult
conuenire,neceſſe habet ad eundem impetrare.& ſm hoc euidẽ
ter comprobat hæc conſtitutio opinionem illorum,qui dicunt,
14 ꝙ † poſt li.conte.non eſt locus reconuentioni,vt & probat ordo
rubricarum.ĩ.de libel.ob.& de mu.pe.& de li. conte. Et eſt ratio:
quia mutuæ petitiones quando proponuntur in modum conuẽ
tionis & reconuentionis,eodem die debet ſuper vtraq; lis conte-
ſtari,& poſtea mutuo & viciſſim ſunt tractandæ,ita ꝙ eadem die
quaſi vna ſententia terminentur,alias illi, ſuper qua iam eſt lis ꝯ-
teſta, non debet parari aliquod impedimentum per conuentio-
nem ſecutam,imo quæ prior propoſita eſt, primo tractanda eſt,
vt expreſſe probatur.ĩ.de mu.pe.c.i.§.fi.& de or.cog.cum dilectus.
§.nos autem.ver.cum ea in modum actionis.& ſequentibus. vbi
de hoc. Quid ſi in modum reconuentionis fuerit actum , & lata
ſententia ſuper prima appellauerit,pars contra quam lata eſt,tũc
non terminabitur a iudice,a quo appellatum eſt,vna ſnia.ff.quę

15 ſen.ſi.app.re.l.j.§ fi. Sed ſi reus reconueniat actorem † coram de-
legato,qualis eſt iudex quo ad reconuentionem,nunquid delega
tus,vel ordinarius? Videtur,ꝙ ordinarius: quia a lege habet hanc
iuriſdictionem.ff.de iur.om.iu.& quia alias. enim ex vi literæ de
alia quæſtione cognoſcere non poſſet,ar.ſ.e.c.fi.ſ.de offi.deleg. P.
& B.Sed dic,ꝙ delegatus cenſetur in vtraq;.& quia iuriſdictio de-
legata ſibi commiſſa prorogatur authoritate iuris,ſicut & alias.ſ.
de offi.deleg.c.j.in fi.& c.prudentiam.§.pe. & fi. quod per pactum
partium & ſi nõ quo ad perſonas,quo ad quæſtiones fieri poſſet,
ar.j.de offi.dele.cũ olim abbas.§.quia vero.vbi de hoc.& ꝙ ex vi
literæ prorogatæ procedat iudex in reconuentione euidenter ap
16 paret.ſ.de mu.pe.c.ii.Quid ſi clericus conueniat † laicum coram
ſeculari iudice,nunquid laicus poteſt ipſum reconuenire crimi-
naliter coram eodem iudice ſeculari? Diſtinguitur, vtrum ſit ta-
le crimen,quod degradationem inducat, vel minorem pœnam
ciuilem,ſi degradationem,tunc non eſt locus reconuentioni, qa
nec iudex poſſet quid tale examinare,cum nec electus confirma
tus hoc poſſet ſm quoſdam. qđ dic,vt no.ĩ.de elec.trãſmiſſa.& ſic
ẽt intelligi põt.ſ.de iudi.at ſi clerici.& e.clerici. & e. cum non ab
homine.ideo talis cã remittenda erit ad ep̃m.& præiudicat ciuili
primo propoſitę,ar.hic.& ĩ.de or.cog.tuam.iiij.q.iiij.§.aliqñ.& ſic
ẽt poteſt intelligi.ĩ.de iura.calum.c.i.ver.vel ſanctimonialis.Si ve
ro tale eſt.qđ ciuilem & pecuniariam pœnam tñ infligat , tunc
erit locus reconuentioni,& diffinitioni, & ep̃s ad requiſitionẽ iu-
dicis mandabit ſententiam executioni,ar.ĩ.de fo.comp.poſtulaſti.
ff.de re iu.a diuo Pio.§.j.xcvj.di.cum ad verum.[Experiri.]i. agere
nam reus reconueniendo,vel conueniendo actorem,fit actor,ee
que ad aliquos iudices debet recurrere.[Niſi eos.]i. iſtos per acto
rẽ contra reũ impetratos.[Vt ſuſpectos]&c.ſi.j.de ap. oblatæ. §. j.
17 ver.ita ꝙ.[Poterit.]puta,qa adhuc † nec tacite,nec expreſſe in eoſ-
dẽ conſenſit.q̃uis libellum petierit,& diem ad deliberandũ obti-
nuerit.ff de iudi.non vr in iudicem.iij.q.iij. offerat. poſtq̃ aotẽ in
ipſos conſenſerit tacite,vel expreſſe,ipſos recuſare non poterit. ĩ.
de of.dele.gratum.& c.ſuper qõnũ.§. verũ. vel ꝓcurator ſuus nõ
excedens mandatum.ĩ.de cau.poſ.cum olim.niſi ex noua cã fue
18 rit.j.de of.dele.inſinuante. Quid ergo ſi ex noua † cauſa fuerit re-
cuſatus? Dic,ꝙ arbitri de vtroq; cognoſcent,& ad ipſos non alios
erunt literæ impetrandæ,nam coram recuſatis nec conuenietur,
nec reconueniet,vt patet.ĩ.de appel.ii.in fi.hoc tñ canoniſtæ ple-
oc non determinant,ſed expreſſum eſt.C. de iudi. aperuiſſimi.&
l.fi.Sed quid ſi duo erant arbitri,& vnus mortuus ſit ? Hic neceſſe
eſt recurrere ad Papam,cum ille,qui ſolus eſt,nihil poſſit expedi-
re.ĩ.de of.dele. cauſam matrimonii. & poteſt impetrari ad arbi-
trium ſolum,vel alium actum,vel deſiderari,ꝙ alius ei iungatur,
dummodo de proceſſu fiat mentio.ĩ. de re iu. inter monaſteriũ.
ſed melius eſt,ꝙ alius ſubrogetur,& ei aſſocietur. ſicut & fit. ĩ. de
of.dele.cauſam.ii.de iu.cautam.& arg.ff.de vaca.mu.prætor.in fi.
[Simili pœna.]ver.ſ.ꝙ literę ad alios iudices impetratæ non va-
leant,& nullus ſit proceſſus habitus per eaſdem & ſi actorem per
eas fatigauerit , in expenſis legitimis condemnetur. vt ſ. eod.§.
qui vero.

¶De electione. Rubrica.

SVMMMRIVM.

tare cum capitulo ſuo,nec enim debet fieri ſine ſuperioris autho
ritate,vt ſupra patet de rebus eccle.non ali.c.j. xij.quæſt.ij.ſine ex-
ceptione.& idem , ſi epiſcopus velit componere cum parochia-
nis ſuis ſuper decimis epiſcopalibus , vbi & authoritas ſuperioris
requiritur ad hoc,vt realis intelligatur.ſ.de tranſac. de cætero . &
c.veniens.ideoque cum epiſcopus in proprio facto actor eſſe ne-
queat.ff.de aut.tu.l.v.eſt ad archiepiſcopum recurrendum . & ſic
intelligas ,quod quando agitur inter ſubiectum & ſubditum
epiſcopi , erit actor epiſcopus , quando vero inter epiſcopum &
ſubditum , erit actor archiepiſcopus , cum nec alius ſit , ſic ex-
preſſe loquitur , ſi ſane intelligatur. ſupra de tranſact. ſtatuimus.
vbi de hoc , ad ipem facit ratio.no.ſ.ca.glo.verſi.crimen . Suſpe-
ctus.xviij.caſus,quando ſcilicet epiſcopus recuſatur tanquam ſu-
ſpectus.quod dic , vt not.ſ.de foro competen. licet.& ſ.de appel.
cum ſpeciali.§.cauſa.Eumque.remittit.xix. caſus,quandocunque
epiſcopus remittit cauſam ad archiepiſcopum ſine conſultatio-
ne,vt differat ab alio caſu,not.ſ.eo.ver.conſultatio.ad hoc.ſ.de of
fi.lega.licet.ſ.de appel.intimaſti, C.de relationibus.l j.& ij.ſubau-
di iu.vel permittit , quia de conſenſu ſuffraganei poteſt in ipſius
diœceſi ſuus archiepiſcopus, & etiam quilibet alius pro tribuna-
li ſedere,& iuriſdictionem ſuam omnimodam exercere . ix.q.iij.
ca.ij.& omnibus alijs ſequentibus . & argu.ſ.de vſu.pal.ex tuarū.
& adde quod no.ſ.eo.titu.ad reprimendum.Caſibus his,& ſi qui
alii reperiantur. Primas,vel patriarcha,vel archiepiſcopus.Subie-
ctos præſulis ideſt ſuffraganei proprii. Arcet.i.diſtringit,& in eos
animaduertit, alias autem regulariter debet metropolitanus ab
huiuſmodi abſtinere.ſ.de of.or.paſtoralis.& de exceſ.prælа.ſicut
vnire.[Ad Remen.curiam].alias archiepiſcopum. Ad quem er
go? Ad illum,qui & ſi epiſcopi excommunicati non ſint, neque
culpabiles.poteſt quando placet , iuriſdictionem huius epiſcopi
exercere.Quis eſt hic? Is,qui ſupremam manum habet in eccle-
ſia Dei ideſt ſummus Pontifex.12.quæſt.iij.cuncta.per mundum.
& c.per principalem.ſ.de elec.licet.§.fi.ſ. de conceſ.præben. pro-
poſuit.vbi plene de hoc.ſ.de pœniten.cum ex eo.in fi.& ſumitur
hoc ius ex decre.quam habes.ſ.de conceſ. præben. & ec.non va-
cap.quia diuerſitatem.§.ſic tamen.ver.aqua & ſi fuerit. Et hoc te
13 net hodie † curia , quod ex culpa inferioris non deuoluatur po-
teſtas ad ſuperiorem,vnde non deuoluitur,ſi ſit peccatum in for
ma.ſupra de elec.quia propter.neque ſi perſona minus idonea ſit
electa.ſupra de elec.cum in cunctis.& c.bonæ me.Magun.§.fi.&
c.cum eccleſia Vinton.licet ex negligentia deuoluatur . ſupra de
elect.ne pro defectu.ſ.de conceſ.præben.ca.ij.alias.c.nulla . & ſu-
per hoc hodie ius expreſſum promulgatum eſt,ſicut ſertur, quā-
uis autem neceſſe ſit obedire curiæ,& ſi per quam durum præci-
piat.xix.di.in memoriam.& ſicut ſentit ſenture.ſ.de mu.pe. ca.ij.
§.nos vero.ſ.de ſenten.& re iu.in cauſis. tamen huius promulga-
tionis ſufficientem non video rationem, niſi quia placet poteſta
tem archiepiſcoporum reſtringere, & ſibi(vt cum venia loquar)
cauſas attrahere,nam ex quo epiſcopus hoc non poteſt, nec vſq;
ad hæc tempora iſte caſus eſſet reſeruatus ſedi apoſtolicæ , quare
hoc non faciet archiepiſcopus,vide quod no.ſ.eo.ver.crimen.&
ver.permutat ſocius. Poteſt tamen reſponderi,quia ſufficit , quod
caſus iſte non inueniatur expreſſe conceſſus,quod not.ſ.de tranſ
la.epiſco.c.ij.ver. ſed neque in caſu etiam iſto vbi ſcilicet archie-
14 piſcopus excommunicat,poſſet reddi ratio,quia † daretur ſibi ma
teria excommunicandi.vt ad ipſum poteſtas huiuſmodi deuol-
ueretur.argu.ſ.de offi.delega.ſuſpicionis . Inſti. vi bo.rap.§ ſed ne
dum talia.cum ſuis ſimilibus. Sed tu reſponde,quod ſi iniuſte ex
communicat,puniatur egregie , ſi vero iuſte,vel a delegatis ſedis
apoſtolicę hæc feratur ſententia , quare non deuoluetur? & qui-
dem ſi iura ſua noſtris confratribus non ſeruamus , nihil aliud
agitur,quam vt ordo eccleſiaſticus confundatur.xj.quæſt.j.perue
nit.curialior videtur in hac parte imperator , qui & defectum,
&

& negligentiam , & abſentiam iudicum ſuorum per diœceſanos
& epiſcopos vult ſuppleri, vt patet in Auth. vt diſ. iud. coll. ix. per
totum. & parcit remotis, ne venire cogantur ad ipſum . in Auth.
de quæſtore. coll vj. & compatitur paupertati, & occurrit litigio-
ſis laboribus, & expenſis , vnde & in caſu ſimili , nec reſponſum
dat, ſed alias, ſed remittit ad ſuum iudicem. in Authen. de man.
prin. §. ſtatui. & §. ſequenti. coll. iij. & pro certo non eſt facile cui-
libet adire Romanam curiam pro iuſtitia obtinenda nec fit ſine
magnis laboribus & ſumptibus, vt patet. ſ. de reſti. in integ. tum
ex literis. §. fi. & conſtitutio ſiue canon. ſ. de ele. cum in cunctis. in
5 fi. aperiſſime contradicit. Quid ergo? Sit pro ratione † voluntas,
quia quicquid Principi placet legis habet vigorem. Inſtit. de iure
natu. § ſed quod Principi. ¶ Sed alia] iij. pars [Forte] vix abſtinet,
quin totum ſubtrahat , nam philoſophicum eſt temperamen-
tum, quia. Sub dubio forſan reſpondent ſæpe periti. ſ. de pœni-
ten. §. i. [Illis] ſcilicet culpis , & quia negligens eſt in abſolutione
petenda [Pœna]. ſ. arbitraria conſiderata culpæ quantitate. & per-
ſonæ qualitate. ſ. de offi. deleg. de cauſis. & c. ſane quia. ſ. de tran. ſa.
c. fi. [Infligi] per ipſum archiepiſcopum. Vel dic, aliæ pœna cano-
nica depoſitionis per Papam conſiderato tempore contumaciæ,
& qualitate, & quantitate culpæ. ſ. de exceſſ. præla. tanta eſt clauis.
& de pœnis. c. fi. vbi de hoc.

¶ De officio vicarij. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius archiepiſcopi ſi in adminiſtrando deliquit ab eo appellari poteſt ad archiepiſcopum.*
2 *Sententia excommunicationis non eſt ferenda ſine cauſa rationabili.*
3 *Sententia excommunicationis tribus modis dicitur iniuſte lata.*
4 *Excommunicato vicario epiſcopi non poteſt cauſas alij delegare, tamen delegatus poteſt exercere cauſas, quæ fuerunt ei delegatæ ante excommunicationem. & nu. 5*
6 *Citatio delegati ſi præceſſit excommunicationem delegantis valida eſt. & procedetur in cauſa non obſtante excommunicatione. & quid ſi non præceſſit citatio, an delegatus a vicario poteſt procedere ſtante excommunicatione. nume. 7.*
8 *Epiſcopo excommunicato, an poteſt eius officialis iuriſdictionem exercere.*
9 *Excommunicatus non eſt nec maiori, nec minori, qui vices officialis excommunicati gerit, niſi aliter participet de crimine.*
10 *Excommunicari quando quis poteſt qui vicem gerit excommunicati.*
11 *Procurator excommunicati non poteſt contrahere pro excommunicato.*
13 *Excommunicatus non poteſt excommunicare.*

CAP. PRIMVM.

ROmana. Gerens vices officialis excō-
municati nullo propter hoc
vinculo excōmunicationis aſtringitur, niſi
ſententia lata ſit in officialem pro eo, quod ſuo
officio vtitur, ſi tamen ab eodem officiali ex-
communicato iuriſdictio cōmittitur, & cō-
miſſio nulla eſt, & proceſſus irritus iudicatur.
[Officialem] qui cum epiſcopo idem conſiſtorium habere dici-
tur. ſ. de appel. extra. Romana. reſpon. j. & per hoc apparet, quod talis
officialis ordinarius eſt, quicquid contra hoc notatum inuenies.
quod dic, vt in Summa. c. ti. §. j. & eandem, quam epiſcopus iuri-
dictionem exercet, & ad ipſum, ſicut ad epiſcopum, recurſus ha-
betur. ſ. de inſti. c. iii. ſ. de regularibus. c. ij. ſ. de frigidi. c. i. §. illa. ideo
1 ſi in exercendo iuriſdictionem † epiſcopalem delinquant officia-
les in aliquo, cum in talibus immediate ſubſint archiepiſcopis ,
vnde & a ſententiis eorundem ad archiepiſcopos appellatur. j. de
appel. extra. Romana. reſpon. j. poſſunt archiepiſcopi animaduer-
tere in eoſdem ſicut & in epiſcopos. Verbi gratia, non ſeruant pri-
uilegia ſedis apoſtolicæ. ſ. de priuil. quanto. ſuiam proferunt per
gratiam, vel per ſordes. j. de ſenten. & re iudic. extra. cum æterni .
Si quis autem. excōicant ſine ſcriptis. j. de ſen. excom. extra. cū
medicinalis, vel vniuerſitatem ſiue collegium, vel generaliter ſi-
ne cauſa rationabili, & veræ expreſſione. j. de ſen. excom. extra. Ro-
mana. § pe. & fi. & multa alia exempla potes colligere per teipſum;
in aliis autem, quæ facit, vel poſſidet officialis epi , tanquam priuatus
non habet ſe intromittere archiepiſcopus. plusquam de aliis ſub
ditis ſuffraganei ſui. j. de foro comp. extra. Romana. §. nec etiam
ſuffraganeorum. & §. fi. & ideo ſequitur [Ex aliqua rationabili] pu-
ta, quia delinquit circa officium ſibi cōmiſſum. quod dic, vt not.
2 ſ. prox. gl. [Cauſa] aliter non eſt ferenda excommunicationis † ſen-
tentia, niſi ex cauſa rationabili, & vera , alioquin dicetur iniuſta
ſententia. nec ſufficit, quod cā ſubſit, ſi ex odio . & non ex charitate
feratur. ſed & ſi ex animo iuſta ſit , poteſt eſſe iniuſta ex ordine
3 non ſeruato. his enim tribus modis † ſcilicet ex cauſa, ex animo,
ex ordine dicitur iniuſta . ſententia. xi. q. iii §. ſi ergo . & §. cum
ergo. Ad ordinem autem pertinet, quod monitio competens præce-
dat. ſ. de ſenten. excommu. ſacro. & quod cauſam exprimat, & in
ſcriptis ferat. ſecundum quod legitur, & notatur. j. de ſent. excō-
munic. extra. cum medicinalis [Vices] in iudicando, vel ſcriben-
do, vel citando, vel adminiſtrando. Vel dic vices officialitatis, quā
conſueuit officialis exercere [Gerunt] ex commiſſione epiſcopi
non officialis . videns enim epiſcopus officialem ſuum excom-
municatum. commiſit vices ſuas alii ſecundum dominum no-
ſtrum. Sed ſecundum hoc non poſſet procedere dubitatio , quæ
enim eſſet dubitatio, vt propter hoc, quod ad commiſſionem epiſco
pi non excommunicati has vices gerit, eſſet idem vicarius excō-
4 municatus: ideo dicas gerunt, etiam ex commiſſione † officialis
facta, antequam eſſet excommunicatus, ſecus ſi poſtea, quia tunc
non valeret iuriſdictionis commiſſio , neque proceſſus , vt dicit
5 in fine. Quid ergo † in primo caſu , vbi ante excommunicationē
commiſit , nunquid poteſt talis delegatus procedere delegante
poſtea excommunicato? non videtur , quia proprium nihil ha-
bet, ſed iuriſdictione & vice vtitur delegantis ff. de officio eius cui
mandata eſt iuriſdictio. l. j §. qui mandatam. ſ. de offi. delega. ſa-
ne quia. & cap. paſtoralis. & cap. cum olim abbas. ergo cum dele-
gans hoc tempore non poſſet iudicare, vt patet in fine, nec dele-
gatus ſuus poterit. argumentum. ſ. de reſcriptis. ſuper literis. in fi-
ne. & ff. de offi. aſſeſſ. diem functo, ſecundum dominum noſtrū.
6 Et eſt hoc † verum, ſi excommunicetur re integra, ſecus ſi litis cō-
teſtatio , vel etiam citatio præceſſit excommunicationem , quia
tunc perpetuata fuit ſibi iuriſdictio , vnde poteſt ipſam poſtea
exercere, ſicut & poſſet, ſi delegans mortuus eſſet. ſ. de officio de-
lega. gratum, & c. licet. & de offi. lega. capit. fina. Quid ergo fiet de
7 † aliis cauſis , in quibus non præceſſit citatio? Ad epiſcopum re-
currant, qui ipſas committere poteſt , cum nec ipſe excommu-
8 nicatus ſit. Sed quid in conuerſo caſu, puta, epiſcopus † eſt excom-
municatus , & non officialis? Tunc dicas, quod nec officialis, nec
alius poteſt ius reddere, niſi Papa, vt ſ. de ſupplen. negligen. præla.
extra. Romana. nec diſtinguitur, vtrum hic ſint cauſæ cœptæ , vel
non, cum officialis perſonam epiſcopi repræſentet, & non econ-
uerſo, quamuis ergo conſiſtorium epiſcopi & officialis ſit vnū ,
& idem ſit, vt no. ſ. ſuper verbo , officialem . tamen pinguius ius
habet epiſcopus in iuriſdictione, quam officialis, nam epiſcopus ca-
put principale eſt, officialis vero caput acceſſorium, vnde & epi-
ſcopus officialem & mutare, & reuocare poteſt, & non econtra ,
& ideo principali deficiente , deficit & acceſſorium, non ecōtra .
ff. de regu. iur. cum principale. C. de legibus . non dubium. ſupra
de elec. qualiter. ſ. de offic. delega. prudentiam. §. penul. cap. fina.
9 [Propter hoc] ſcilicet. quod gerunt † vices officiali procedendo etiā
in cauſis ſibi commiſſis ante excommunicationem, quam cita-
tio præceſſerat. vt ſ. not [Excommunicationis] alicuius maioris ,
vel minoris ſi taliter cum ipſis participent, verum & ſi etiam ab
officiali excommunicato receperint commiſſionem , non pro-
pter hoc ligantur maioris excommunicationis vinculo, ſed mi-
noris tantum, niſi forſan eſſet excommunicatus pro eo, quod iniun
ctum ſibi officium exercet, & hoc eſt, quod ſequitur. ¶ Cum nō
communicent] ſecunda pars. [Ob id] ſcilicet quod tantum eius
vices gerant [Officiali eidem] ſic conſtrue , & ordina literam ſe-
quentem; [Qui] ſcilicet officialis [Non arctatur diſtrictione cenſu
ræ eccleſiaſticæ pro eo, quod ſuum exercet officium] ſed propter aliā
cauſam, ergo a contrario, ſi eſſet excommunicato pro eo , quod ſuū
exercet officium tunc recipiens ab eo cauſas, & etiam ſcienter li-
tigans coram eo communicaret cum eo in crimine dānato . &
ſic maiori vinculo ligaretur, vt hic, & ſ. de ſenten. excommu. nu-
per. cap. inter alia. & cap. ſi concubinæ xj. q. iii. quoniam multos.
10 Sed qualiter poteſt excommunicari pro eo, quod ſuum † exercet
officium ? pone, quod archiepiſcopus excommunicauit epiſco-
pum, & ideo debet ceſſare, vt patet in his, quæ nota. ſupra ſuper
verbo , gerunt. ver. ſed quid in conuerſo caſu. ipſe vero officialis
nihilominus audit cauſas , & monitus per archiepiſcopum non
vult abſtinere? Hic merito poteſt ipſum archiepiſcopus (quia de
facto contra iura ſuum exercet officium) excommunicare, vel
quia alias conuincitur in officio ſibi commiſſo , & eſt incorrigi-
bilis, & ideo archiepiſcopus ipſum ab officio officialitatis ſuſpen
dit, & quia ipſum nihilominus exercebat, tandem excommuni-
cauit. argum. ſ. de vi. & hone. cleri. vt clericorum. §. ſi quis igitur .
& de cohabi. cle. & muli. ſicut ad extirpandam. ſ. ne cler. vel mo-
na. ſicut te. ſ. de priuile. tuarum. & ſ. de pœniten. cum ex eo. ¶ Ita
tamen] iii. pars [Agunt] quas & recipiunt ab eodem [Illo taliter]
& c. vel etiam ante, ſed citatio non præceſſit [Si iuriſdictionem]
quaſi dicat ſecus ſi adminiſtrationem aliam, vel procurationem
etiam in iudicio ad defenſionem. ſ. de iud. intelleximus. illa enim
a contrario obtinebunt vigorem , quod intelligas , quantum ad
detrimentum excommunicati & ipſum alii obligandum. Quid
15 ſi talis † procurator contrahat nomine ipſius excommunicati ,
nunquid claudicauit contractus ? Forſan ſic , ſicut contractus a
pupillo initus econuerſo tenet in præiudicium contrahentis cum
pupillo ſine authoritate tutoris , & non in præiudicium pupilli .
Inſtitu. de autho. tuto. reſpon. primo. & argumen. ſ. de excep. cum

inter

inter priorem dic,vt no.in Summa.de ſent.excom.§.& quæ ſit
pœna.ſub.§.φ ſi teneor ſacro.ver.sed quid,ſi dum aliquis eſt excõ
municatus [Recipiunt] alias receperunt. ſed excommunicatio
ſuperuenit reintegra,vt ſ.not.[Ab eodem].ſ.officiali,non intelli-
gas generaliter, illud enim non poſſet facere officialis alium ſci-
licet officialem facere in totum,& a ſe penitus abdicare.arg.ff.de
offi.præſi.legatus.aliquas tamen cauſas poteſt committere. ff.de
iud.cum prætor.ſm d.n.& B. Tu dicas,φ ẽt in totum ex cauſa ad
tempus non a ſe abdicando, ſed in totum retinendo poterit de
conſenſu episcopi vices ſuas committere,& ad hoc facit ca.quod
fuit hic inductum pro contrario.ſ.e.clericos.nam per hoc, φ di-
cit,non perminas,habeo φ hic non debet perminere,vt temeri-
tate propria hoc faciant,ſed ex cauſa hoc permittere poterit. ar.
ſ.c.ad hæc.puta,quia imminet neceſſaria profectio.ff.de offi.eius
cui man.eſt iuriſd.l.j.circa prin.nam & a quolibet edicto iuſta cã
intelligitur excepta.arg.ſ.de delpon.imp.c.ij.vbi de hoc.& ſic ſer-
11 uatur de conſuetudine approbata[Vigorem]quia † excommuni
catus, nec excommunicare poteſt.14.q.j.audiuimus.nec iudica-
re.ſ.de re iud.ad probandum.nec procurator conſtitui, nec con-
ſtituere.ſ.de procura.φſuli.ſ.de proba.poſt ceſſionem.nec iuriſdi
ctionem exercere,& per conſequens,nec iuriſdictionem,quæ pe
nes ipſum mortua eſt,committere.arg.ſ.de ord.ab episcopo q re
ſigna.epiſcopatui.c.ii.nec alium actum legitimum exercere.arg.
ſ.de elec.cum inter.R.ſeniorem.ſ.de æta.& quali.cum bonæ.ſ.de
dolo & contuma.veritatis.ſ.de exceſſi.præl.tanta eſt clauis.

¶De officio & poteſtate iudicis delegati. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Conſeruatores ad quid dantur.& nu.17.& 18*
2 *Papa ad officium ſpectat litigijs occurrere.*
3 *Eccleſia poteſt cognoſcere de cauſis miſerabilium perſonarum.*
4 *Violentia quomodo committitur.*
5 *Conſeruator an poteſt ſuam iuriſdictionem exercere pro violentia iam commiſſa.& num.7*
6 *Conſeruator quam poteſtatem habeat.*
8 *Conſeruator an poteſt inquirere veritatem ſi delictum ſit notorium, vel ne,ſi violentus,vel iniuriator negat.& nu. 9.*
10 *Conſeruator an poteſt cognoſcere de iniuria,quam iniuriator dicit iure feciſſe.& nu. 11.*
12 *Conſeruator an eſt puniendus,ſi iniuriator, quem excommunicauit doceat de iure.*
13 *Sententia excommunicationis non eſt ferenda ſub cõditione,lata tamen tenet.*
14 *Conſeruatores quandoque mixti dicuntur.*
15 *Conſeruator an poſſit recuſari,vt ſuſpectus, ſicut iudex.*
16 *Conſeruator an poteſt excommunicare illos, qui ſunt parati inuadere loca, quorum eſt conſeruator.*
19 *Notorium quando quid dicitur.*
20 *Conſeruator datur tam rebus,quam priuilegijs.*
21 *Conſeruatores quid facere poſſunt.*

C A P. PRIMVM.

STatuimus. Poteſt quis a ſede apoſto
lica conſeruatorem im-
petrare, conſeruator huiuſmodi poteſt a no-
toriis iniuriis, & violentiis defendere, nequid
autem ad faciendam aliquam iudicialem in-
daginem poteſtatem ſibi datam extendere.
1 [Conſeruatores]qui aliquando † dantur ad de
fenſionem raptorum,atque prędonum.aliquando ad tuitionem
priuilegiorum.aliquando generalius conceduntur, vt.ſ.defendãt
ab iniuriis,& omnibus offenſis[Plerunque].i.in aliquibus caſib.
vt ſ.no. alias plerisque .ſ. hominibus impetrantibus[Concedi-
2 mus]quia ad noſtrum † officium pertinet occurrere litigiis,& vio
lentiis,& quemlibet in ſua iuſta poſſeſſione tueri. ar. ff.de vſufr.
ęquiſſimum.ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. mit. l.i.§.j. ſ.de ſimonia.
querelam.in fi.& maxime hoc prouidere debemus circa viduas,
& orphanos,cęcos,pauperes,debiles, & oppreſſos, & alias perſo-
3 nas miſerabiles † quarum tuitionem ad eccleſiam nemo dubitat
pertinere.87.di.c.j.& ii.23.q.v.adminiſtratores. ſ.de foro compe.
ex parte.B.& c.ex tenore.ſ.de offi.deleg.ſignificantibus.ſ.de cenſi.
licet.talis tamen conſeruatio parum prodeſt aliquando,cum nõ
poſſit dubia iudicialiter diffinire, vt ſequitur: ſic & confirmatio
in communi forma obtenta parum,aut nihil prodeſt,vt ſ.de cõ
ceſſ.præb.quia diuerſitatem.ſ.ne ſe.vac. illa. ſic & innouatio nul-
lum ius tribuit.ſ.de priui. ex parte abbatiſſę.in fi. & c. quia inten-
tionis.ſic & ſub protectione ſedis apoſtolicæ receptio. ſ.de priuil.
recepimus.& c.ex parte tua.hęc autem non ſunt ſic omnino fru
ſtratoria,quia & cõſeruatio vtilior eſt,vt patet ex ſequentib. ¶[A
manifeſtis]ij.pars.i.notoriis.& ſic patentib.φ nulli inficiationi lo
cus eſt.ſ.de coha.cle.& mu.c. fi.nec egent aliqua examinatione.

ſ.de elec.bonæ memoriæ Magunt.§.contra.ſ.de accuſationibus.
euidentia.quid autem,& quot modis dicatur notoriũ, quid ma-
nifeſtum,quid fama.vide de hac materia plene ſ.de cohabi.cle.
& mulie.veſtra.& in Summa eiuſdem tit §. fi. [Violentus] pu-
4 ta aliquis nobilis, † & potens manu armata inuadit terram mo-
naſterii tui,conſeruator conceſſus eſt. Conſeruator venit,& inue
nit nobilem,& ſuos in maleficio,vel eis occurrit,ipſi nõ acquie-
ſcunt,ſed nihilominus monaſterium deprædantur. ad hoc. ſ.de
ord.cog.cum dilectus.merito conſeruator in tales animaduerte
re poterit violentos,nec habet neceſſe vlterius mouere.cum tam
de aperta contumacia conſtet ſibi.arg.ff.de rei ven.qui reſtituere.
ff.ne vis,fiat ei qui in poſſeſſ.miſſ.eſt.ſi quis miſſus.ff.ſi quis ius di.
non obtem. l.vnica.ff.de appellationib. creditor.§ iuſſus.& adde
quod no.ſ.eo.ſuper ver.defendendos.ver.quid ſi violenti.& ſequẽ
5 ti.Sed quid † ſi ex poſt facto habetur recurſus ad conſeruatorem,
cui non poteſt ſic eſſe notorium,quia forſan diſtat per duas, vel
tres dietas,tunc vocandi ſunt hi,qui damnum dediſſe dicuntur,
& ſi confiteantur violentiam,nec aliam exceptionem opponũt,
poteſt conſeruator procedere contra tales,vt hic.ſm do.no.& B.
6 Moueor tamen,quia conſeruator, † de quo hic loquitur,non ha
bet poteſtatem, niſi vt defendat, quod verbum videtur reſpicere
violentiam inferendam,non iam illatam, quomodo enim poſ-
ſet defendere ab illata,quod enim iam factum eſt, nequit nõ fie
7 ri.ff.de ca.& poſtli.re.in bello.§.factæ. Quomodo † ergo poteſtatẽ
defenſionis ſibi datam poterit trahere ad ſatisfactionem facien-
dam? hoc enim iudiciale eſt,vt patet.ſ.de iniuriis. olim.ergo nõ
habet ſe de hoc intromittere,vt ſequitur. Poteſt reſpõderi,φ hoc
ideo eſt,quia verba intelligenda ſunt cum effectu.ſ.de cle.nõ re-
ſiden.relatum.cum ſuis ſimilib.& quia hoc eſt de mente,cui ſtã-
dum eſt contra verba,ex quo de ipſa conſtat.ſ.de verb.ſignificat.
intelligentia.& c.in his.ff.de legibus ſcire leges.& ne talis conſer-
uatio fruſtratoria videatur,ſed potius valeat res,q̃ pereat. ſ.de ver
bor.ſign.abbate.§ contra quod.ver.is autem ſenſus. Vel dic,φ ex
forma reſcripti conſeruationis.hoc erit colligendum.ſ.de priuil.
porro. Quinimmo & ſi iniuriatorem ad ſatisfaciendum com-
pulerit,alij terrebuntur,& ſic ab aliis defendentur, nam & pœna
vnius metus eſt multorum.C ad legem Iul.repet.l.j. ſ.de maledi.
8 c.j.Quid ſi violentus, † vel iniuriator vocatus negat ſe hoc feciſſe?
Poteſt conſeruator inquirere veritatem, verum ſcilicet ſit noto-
rium,vel non,vt ſciat,an ſua ſit iuriſdictio,& ſi hoc inuenerit,p-
cedet,alias abſtinebit.argumento.ff. de iudiciis.ſi quis ex aliena.ſ.de
reſcriptis.ſuper literis.ſecundum quoſdam.& facit ꝑ his, qđ no.
ſ.eo ſuper ver.quæ iudicialem. ver. item ex eo apparet. Alij con-
tra,quia male probatur malefactum notorium per teſtes,ſed per
qualitatem facti.ſ.de tranſl.epiſc.quanto.§.cæterum & quia hoc
eſt aſſumere partes iudicis, quod ſibi hic prohibetur expreſſe, vt
ſequitur. & ideo ſi teſtes recipiat ſibiipſi contrarius apparebit, vt
9 patet.ſ.de pur.ca.cum dilectis.§.his igitur.Dicas,φ in tali † caſu
debet iudex attendere famam,quia impoſſibile eſt, φ notorium
facti,de quo hic ſpecialiter videtur loqui, famoſum non ſit,& ſi
reperiat,φ non ſit famoſum,abſtinere debet omnino.ſi autem
reperiat,& audiat famam communem, & clamoſam, & quili-
bet de terra vocatus per ipſum ſine iuramento dicit, φ verum &
notorium eſt in terra,poteſt procedere. ar.opti.ſ.de do.& contu.
cum olim.§ eũq; a nobis.& ſi etiam in hoc caſu ad inſtructionẽ
ſuam vult aliquos teſtes recipere iuratos.non reprobo.ar. ſ.de te-
ſti.veniens.ij.§.cum igitur.ſ.de appellationib. conſtitutis in præ-
ſentia §.j.& ad cautelam.ſ.de ele.bonæ me.Magun. §.licet.& ar-
gum.15.quæſtione.ij.alias.21.q ii.ſed neque hic, neque ibi repo-
no,& ſi non cognitio.& ſic intelligi poteſt prima opinio,ſed nec
facit hoc tanquam iudex quia non tenetur vocare illos, contra
quos producuntur, vt videant ipſos iurare, nec exceptiones pro-
poſitas contra teſtes admittet, talia enim ad iudicem pertinent.
ſ.de teſti.licet.& c.ex parte Adę & ſic intelligi poteſt opinio ſecũ
dorum.& ſecundum hoc intellige quod not. de hac materia in
Summa.eo.tit.§ quibus modis.ver.item fit prorogatio.& ſequen
10 ti.Quid ſi iniuriator † confitetur factum, ſed aſſerit hoc iure fecíſ-
ſe? Planum eſt,φ per talem reſponſionem, & negationem fit res
dubia.ſ.de reſti.ſpo.Piſanis.C.quibus ad liberta.procla. non licet.
l.iij.& ideo hanc quæſtionem talis conſeruator, nec examinare,
nec diffinire poterit tanq̃ iudex? Debet tñ aduertere qualitatem
facti,nam ſi confiteatur prædam & inſultum publice factum,
quomodo poteſt hoc iuſte feciſſe, nam talia omni iure dãnata
ſunt,vt patet per multa exempla.l.diuinæ & canonicæ. 23.q.i.§.ſ.
& c.ſeq.xvj.q.vj.placuit.ff,quor.leg.l.j.rñ.j.ff.de reli. & ſump.fune.
oſſa.ff.quod met.cã.extat.C.de his qui ad eccle.confu.denuncia-
mus. C.vnde vi. ſi quis in tantam. ſ.de pęnis.extra.Romana.ſ.de
rap.in archiepiſcopatu.cum etiam talia mortalia ſint, non poſ-
ſunt fieri bono animo.neque iuſte.ſ.de prę ſumptionib. c.j. ſ. de
iureiur.& ſi Chriſtus.§.quędam ſ.de reg.iur.c.ii.Dicas,φ hoc po
teſt eſſe iuſtum.quia probat,vel allegat,φ authoritate iudicis hoc
fecit. xxiii.quæſtione.ii.iuſtum.& §.cum ergo.& quæſtione.iii. §.
ecce quod.& quęſtione. iiij. ille gladium. & quæſtione. v. mi-
les.

ſeſſ.ff.de rei vendi.qui reſtitues.ff.de acq.poſſ.iuſte: & de hac ma
teria plene no.in Summa.de treu.& pa.§.quid ſit iuſtum bellū.
11 Sed quid ſi †conſeruator ita dicat iniuriatori,chariſſime ego mo
neo,ſi hoc feciſti,vel ſi hoc iuſte feciſti,ſed ego moneo te, ꝙ ſi
hoc feciſti iniuſte,vſque ad tale tempus ſatisfacias, ꝙ ſi nec ad-
huc feceris,aſſigno tibi ad idem,& eodem modo talem, & talē
terminum peremptorium. Planum eſt, ꝙ monitio iſta non eſt
iniuſta,ſed iuſta.eſt tamen timoroſa merito, & ideo ſi iniuria-
tor confidat de iure ſuo,ſic poterit appellare.domine quia vos
monetis me ſuper dubio,de quo non conſtat vobis,nec ego de
iure meo poſſum coram vobis,qui nec iudex eſtis, fidem face-
re, & merito timeam , ne elapſis dieb.quos mihi aſſignauiſtis,
fulminetis in me,licet adhuc conuictus non ſim : ad cautelam
& tuitionem meam a vobis appello ad Papam in ſcriptis offe
rens,ꝙ coram ipſo , vel delegato ſuo ſufficienter oſtendam de
iure meo.ar.ſ.vt li.non conteſt.accedens.i.& ij. & ſ. de appella-
tionibus. bonæ me.§. fina. Quid ſi conſeruator nihilominus
excommunicat? Pendet ſententiæ iuſtæ , vel iniuſte declaratio
ex poſtfacto,vt ſ.de appellat.cum ſpeciali.& arg.ſ.de frigid.fra-
12 ternitatis.§.fina.ſ.de reſti.in integrum.c.ij.ad fi.Sed nū quid† pu
nietur conſeruator,ſi iniuriator de iure ſuo doceat?Sic.ſ.de ſen
ten.excommunica.ſacro.niſi forſan ad cautelam aliquos teſtes
receperit,per quos notorium fuit probatum,vt patet in eo,qd
legitur. ſ.de elec.cum circa.& c.innotuit.§.parcentes.& ſ.de ſen
ten.excommunica.ſacro.§.ij.& no.ſ.ea.gl.ver.dicas,ꝙ in tali ca
ſu,vel niſi ſententia ſua conditionalis fuerit,puta, ita dixit, ex-
communico te,ſi iniuſte, & notorie tale quid commiſiſti , niſi
13 infra talem diem ſatisfeceris,licet enim †ſententia ſub cōditio-
ne ferenda non ſit lata,tamen tenet.ij.q.vj.biduum.& hæc etiā
ſententia ſub conditione fertur,& poteſt pendente die appella
tionis ſuſpendi. ſ. de appella. præterea. ij. ſed eſto ꝙ iniuriator
non poteſt probare de iure ſuo,quia nec ipſum habet,nūquid
nunc apparet,ꝙ non tenuit ſententia: Non,quia ſuſpenſa fuit
per appellationem.ff.ad Turpil.l.j.in fi. Dic de hac materia , vt
no.plene in Summa de ſententia excommunicationis.§. qua-
lis.ſub §.puta[Defendendos]& violentos & iniuriatores ad ſa-
tisfaciendum læſis per cenſuram eccleſiaſticam diſtringendos ,
& ſic planum eſt, & ideo forma reſcripti conſideranda eſt dili-
genter,vt patet in his,quæ no.ſ.prox.gl.ver. ſed quid ſi ex poſt-
facto,& ſequenti.& probatur.ſ.de reſcr.cum dilecta.§.fi.fi.mā-
dati.diligenter.& no.ſ.de conceſſ. præben.cum noſtris. Nempe
14 quandoque tales †conſeruatores ſunt mixti habentes cauſę co
gnitionem inter certas perſonas,vt patet.ſ.de ſimo. querelam.
§.fin.aliquando contra incertas.ſ. de conce.præb.propoſuit. in
fi.ſ.de rerum permu.cum vniuerſorum.in fi. & quandoque di-
citur in litera vocatis,qui fuerint euocandi,& ideo talis in for-
mam iudicij procedere debet.ſ.de iudi.exhibita. vel quādo mā
datur,ꝙ contradictores,& rebelles compeſcantur. ſ. de præbē.
pro illorum.& tales quamlibet iuſtam exceptionem debēt ad-
mittere.ſ.eo.ex parte ij.hic autem non loquitur de talib.ſed de
illo,qui purus,et nudus conſeruator eſt nullam poteſtatem ha
15 bens,niſi in notoriis,vt dicit litera. Nunquid ergo talis †poterit
recuſari?Sic,ſicut iudex.ſ.c.ſuſpitionis. ſecundum B.quod non
videtur,quia nec per omnia iudex eſt,vt hic patet, et in talibus
notoriis,in quibus tantum poteſtatem habet,vt dictum eſt,nō
habet locum appellatio,nec recuſatio.quod dic,vt leg.et no. ſ.
de appellationib.ſuper eo.ij.§.in cauſis.et c.peruenit. §.ſi vero .
16 & c.propoſuit.in fi. Quid ſi violenti parati† ſunt manu armata
inuadere hos,quos conſeruator debet tueri: Dicas,ꝙ poteſt ſic
excommunicare,quia video vos paratos ad arma,et violentiā
inferendam talibus,quorum conſeruator ſum, et in mora mo
nitionis,et dilationis imminet periculum,ideo excommunico
omnes illos,qui cum armis talem locum intrauerint , vel ali-
quod damnum ibi dederint,ar.de ſentent. excommunica.dile-
cto.hoc enim negotium tale eſt,quod celeritatem deſiderat.ff.
de nup.inſ.l.j.et plerunque tempus et locus non patitur plenius
deliberandi conſilium.ff.de exerc.ac.l.i.poſt princ.aliter hodie
non eſt ferenda excommunicatio generalis.ſ.de ſentē.excom-
mun.extra Romana. §.caueant. Tales ergo conſeruatores per
ſententiam excommunicationis, quæ etiam in abſentem ferri
poteſt,ex quo delictum notorium eſt,vt ſ. de appellationibus .
cum ſit Romana.in fi.ij.q.vj.de manifeſta.illos,quibus dati ſūt,
tueri poterunt.¶[Nec ad alia] iij. pars . ſcilicet dubia , ſiue non
17 †notoria,in quibus procedendum non eſt contra non citatū ,
non conuictum,non confeſſum.ij.q.j.c.j.et q.vj.prolatam.ſ.de
conſtitu.eccleſia.in fi.ſ.de maio.et obedien.inter quatuor. ſ.de
cauſa poſſ.cap.j.et ideo ſequitur [Quæ] ſcilicet dubia [Iudicia-
lem indaginem]vtraque parte præſente faciendam , et ordine
iudiciario obſeruato.ſ.vt lite non conteſta.c.j.§.cōſultationi.p
hoc ergo plenaria indago minime prohibetur,quod dic,vt no
ta.ſ.eo.ſuper verbo,violentus.ver.quid ſi violenter.et ſequenti.
vel dic,ꝙ ex eo ꝙ dicit[Nec ad alia]ſcilicet non notoria [Quæ
iudiciale.n]e c.patet a contrario,ꝙ ad hęc.ſcilicet notoria poſ
ſunt ipſam extendere.ſecundum dominum noſtrum quod nō
placet,immo ex hoc ſequitur a contrario , ꝙ notoria non re-
quirunt iudicialem indaginem, et ꝙ ea , quæ hanc requirunt,
non ſunt notoria,vt et patet. ſ. de iuram. calum.cum dilectis .
18 §.his igitur.Dic ergo,vt præmiſi,† ꝙ talis conſeruator plenariā
indaginem habet,et non iudicialem, et ſic non poterit cogere
teſtes,quia hoc iudiciale eſt.ar. ſ. de teſtibus cogen per totum.
19 Sed quid ſi teſtes iurant propria voluntate , et dicunt †notoriū
factum oſtendentes cauſam teſtimonij ſui, quia ipſi fieri ictum
viderunt in platea plena hominibus,vel viderunt,ꝙ ſuper hoc
tranſegit,vel confeſſus fuit in iudicio?Planum eſt, ꝙ his modis
dicitur aliquid notorium.ſ.de cohab.cle.et mu.veſtra.et c.tua.
et c.ſua.ff.ex quibus cauſis infa.irrog. Athletas.§. fi.ſecundum
do.no.Et idem dicunt quidam,ſi dicant,ꝙ audiuerint hoc ipſm
confitentem coram multis, quod verum videtur in clericum .
ſ.de exceſſ.prelat. quam ſit graue . et ſuper his Inquirere debet
conſeruator. ſecundum do.no. Item ex eo apparet, ꝙ iuriſdi-
ctionem habet , quia ſententia excommunicationis ſine cau-
ſę cognitione ferenda non eſt.ii.q.j.nemo . ſecundum dominū
noſtrum. Verum eſt plena,uel ſemiplena. Vel illud intelligi de
bet in dubiis,ſecus in notoriis,ut patet in his,quę no. ſ.eo.uer.
uel dic.et ſuper uer.defendendos.uer.tales igitur.et probatur.ſ.
de iureiur. ad noſtram.ij.Item alia ratione patet, ꝙ inquirere
poteſt talis conſeruator, quia et ſi iniuriator dicit , ꝙ hoc fecit
iure ſuo,aut inculpans conſentiet,ꝙ cōſeruator teſtes recipiat,
et ſic de communi conſenſu partium potius, quam ex ui literę
procedat,aut non conſentit,et ſic imputet ſibi, quia conſerua-
tor non excommunicabit,niſi cauſa cognita.ſ.de ſenten.excō-
munica.ſacro.aut ſi iniuriator hoc renuit,ipſum excommuni
cabit,quia præſumptio eſt contra ipſum.ſecundum dominum
noſtrum.et poterit talem abſoluere uenientem infra annum .
ſ.eo.quærenti.neutrum placet,et dic de primo,ut nota.ſ.ſuper
uer.uiolentas.de ſecundo dic,ꝙ recurrendum erit ad Papam.ſ.
de offic.ord.paſtoralis.§.pręterea.et ſequenti[Poteſtatem]ſub-
audi.quam non habent,vnum tamen non omitto, ꝙ licet cō-
20 ſeruatoribus † rerum poſſit conſtare de facili de iniuria noto-
ria,non sic eſt de conſeruatoribus priuilegiorum, cum priuile
giati maxime quæ ſores frequenter delinquant , et ſuis priuile-
giis abutantur,vnde si in tali caſu te citari contingat,ſufficit,ꝙ
mittas nuntium, et literam excuſationem tuam veram conti-
nentem : qui nuntius de redditione literę et excuſatione ꝓpo-
sita publicum faciat fieri inſtrumentum. ad hoc. ſ. de priuileg.
tuarum.ſ.de pœniten.cum ex eo. reſpon. j. et si dubitas de ſen-
tentia appella.prout no.ſ.eo.ſuper verbo,violentus.ver.ſed qd
si conſeruator.et ſequenti.verum et si in tali dubio excommu
nicat te,non videtur tenere ſententia, tanquam a non ſuo iudi
ce lata,et contra intentionem committentis. argum. ſ. de prę
ben.c.ſi.vbi de hoc.ſed et ipſe erit ſuper hoc canonicè punien-
dus,vt no.infra de ſenten.excommunica.cum medicinalis. §.si
21 quis autem in no et ſecundum dominum noſtrum † hi con-
ſeruatores nihil poſſunt,niſi prohibere,ꝙ hi, quorum conſer-
uatores ſunt,contra iuſtitiam non grauentur,argu. infra de ſi-
mo.querelam.ın dic,vt not. ſ.

De Officio legati Rubrica.

S V M M A R I V M.

1 *Legati a latere poſſunt conferre beneficia vacantia in ſua prouincia.*
2 *Papæ officium eſt generale , & ſe extendit ſuper omnes chriſtianos, tam Reges,quam Principes.*
3 *Scandalum ſemper eſt vitandum dummodo non offendatur Deus , alias tolleratur.*
4 *Legatione generaliter commiſſa non veniunt ea, quæ ſpecialiter non eſſet conceſſurus.*
5 *Legati a latere,qui proprie dicuntur , & qui miſſi. & qui deriuati.nume.8. & 9.*
6 *Legatio dignitas eſt ideo præeſt omnibus prælatis de prouincia.*
7 *Priuilegia non ſunt tradenda ab alijs in exemplum.*
10 *Legatus collateralis excedit alios in multis.& nu.13.& 15*
11 *Legati miſſi non poſſunt abſoluere extra prouinciam etiam ſuos ſubditos,nec alienos in ſua.*
12 *Legati nati,quos abſoluere poſſunt.*
14 *Legatus collateralis ſi retinuit in ſe collationem beneficij, & mortuus eſt ante collationem ad quem eſt recurrendum.*
16 *Legatus a latere ſi dicat ſe legatum eius verbo credendum eſt ,tamen ſi vult exercere ea quæ ſpeciale mandatum ſummi Pontificis requirunt non eſt ei credendum,& quare.*
17 *Legati a latere multiplici honoris prærogatiua decorantur , cum multiplex ſit .*
18 *Papa quam authoritatem habet,quam nemini concedit .*

CAP.

CAP. PRIMVM.

OFficij. Legati etiam miſſi ex officio le-
gationis, niſi aliud indulgeatur
a Papa, non poſſunt eccleſiaſtica beneficia
1 conferre, excipit † fratres ſuos Cardinales, q-
bus in hoc propter prærogatiuam honoris
intendit deferre. [Debitum] quod ad multa
2 ſe extēdit, & generale † eſt ſuper omnes chri-
ſtianos, nedum clericos, ſed & Reges, & Principes, vt patet. ſ. de
iudiciis. nouit. ſ. qui filij ſint legitimi. per venerabilē. vbi de hoc
plene no. & ī. de suppl. negliz. præla. extra. grandi. nec immerito
[Inuigilat] id eſt inuigilare debet, quia nec ſemper hoc facit, vt
patet. ī. de ſupplen. negligen. prælat. extra. Romana [Scandalū]
3 quod ſemper vitandum eſt, dummodo † Deus, qui via, & vita,
& veritas eſt, non offendatur, alias ſcandalum vtilius toleratur.
ſecundum hoc intellige. ſ. de renuntiatione. niſi cum pridem. §.
pro graui. ſ. de præſcriptionibus. nihil. ſ. de voto magnę. ſ. de no
ui operis nunciatione. ex iniuncto. & hæc gloſſa parua quo ad
hanc materiam ſufficiens eſt, & omnia ſoluit contraria, licet
circa hoc fuerint multa ſparſa [Quieſcimus] ergo a contrario
in eorum laboribus laboramus, & eſt ſi. quod dicit Imperator.
voluntarios labores appetimus, vt quietem aliis pręparemus.
in Auth. vt diuinę iuſſiones. coll. viii. ī. de reſtitutione ſpoliato-
rum. extra. frequens. §. j. & iterum. Semper nobis volentibus ali-
quid agere vtile & Deo placens, non in vanum vigilias ducim⁹
in huiuſmodi conſilio pernoctantes, & noctibus ſub ęqualita-
te dierum vtentes, vt noſtri ſubiecti ſub omni quiete conſiſtāt.
in Authen. vt iudices ſine quoquo ſuff. in prin. colla. ii. ¶ Proui-
dè] ſecunda pars [Plenam] quia nec omnibus hoc conceditur,
4 ſed † & ſi fiat, multa ſunt, quæ non tranſeunt, niſi ſpecialiter ex-
primantur. ſ. eod. ꝙ tranſlationem. & nota. ī. eod. cap. in fi. ſi. ff.
de pig. obligatione generali. ff. de peculio. qui peculij. ff. de priui
legiis credi. l. penult. reſpon. j. [Siue a nobis] ver. hos vocat Vin-
5 cen. a latere Papæ miſſos. & male: nam † fratres tantum Cardi-
nales proprie dicuntur miſſi a latere, qui & ad latus ſuum ad
conſilium aſtant. argum. C. de caduc. toll. l. vnica. C. de generali
aboli. l. fina. & ſic tenet curia, vt no. ſ. eod. excommunicatis. Eſt
autem hoc vnum genus legatorum, qui dicuntur miſſi, ſiue
conſtituti: exemplum. ſ. eod. nolentes. ſ. de accu. cum dilecti. &
c. qualiter. i. [Siue ſuarum] ver. [Eccleſiarum] ſicut Cantuarien.
& Eboracen. ſ. eo. c. i. ī. de appellationibus. c. i. [Vendicent] hoc
ideo dicit, quia hodie vix aliquis eſt, qui obtineat iſtud officiū,
niſi ſpecialiter committatur, ſed ſatis poterunt litigare, & ven-
dicare. infra vt lite pendente. cap. primo. ex hoc eſt ſecundum
genus legatorum, qui poſſunt dici nati, ſed hodie oportet, ꝙ
6 eſſent renati [Dignitatem] No. ꝙ † legatio dignitas eſt, cuius ra-
tione ipſe legatus præeſt omnibus de prouincia ſibi commiſ-
ſa, quamuis in ordinibus maioribus conſtitutis. ſi. ſupra de offi-
cio archidiac. cap. primo. & de offic. archipresbit. capi. primo. &
ſ. de electio. tranſmiſſa [Ex ipſius] ver. [Munere] poteſt tamen
hoc facere ex ſpeciali conceſſione, vnde & ſequitur, niſi hoc
&c. [Beneficia] etiam vacantia, de quo dic, vt plene nota. ſ. de
præben. pro illorum [Facultatem] alias poteſtatem. [Niſi hoc]
7 ver. [Specialiter] id eſt ſpeciali priuilegio, quod † nec trahendum
erit ab aliis in exemplum. vii. quęſtione i. petiiſti. ſupra de conceſ
ſione præbendę. conſtitutus. ſupra de priuilegiis. ſane [Indulgen
dum] quod non eſt extendendum. ſed ſecundum ſtrictum te-
norem priuilegij obſeruandum. ſupra de priuilegiis. cum capel
la. & capit. porro. & cap. recepimus. cum enim in præiudicium
alterius hoc concedatur, non eſt laxandum. ſupra de priuile-
giis. paſtoralis. C. de eman. nec auus. ſ. de officio deleg. i. ſuper
eo. ¶ Quod] iii. pars. ſcilicet, quòd non poſſunt conferri benefi-
cia per legatos [Fratribus noſtris] ſcilicet Cardinalibus Roma-
næ eccleſię. de quorum conſilio procedimus. ſupra de electio-
nib. in Geneſi. in fine. & cap. eccleſia. ii. in fi. ſ. de his quæ fiunt a
præla. cap. fina. [Fungentibus] & hoc eſt tertium genus legato-
8 rum, & poſſunt dici † deriuati, ſicut a fonte riuuli diriuantur, ſi-
ue collaterales, quia de latere Papæ emanant. ſ. eod. excom-
municatis. & ideo pars corporis Papæ intelliguntur eſſe. vj. quę
ſtione prima. §. verum. & l. ſi quis cum militibus. C. ad legem Iu
lia. maieſta. quiſquis. nec poſſunt recuſari. argumentum, ſupra
de appellationibus. nouit. ff. de officio præfec. prætor. l. vnica.
[Nolumus] ſubaudi. immo contrarium, ſcilicet, quòd benefi-
cia poſſint conferre: volumus. [Obſeruari] ſic fit hic mentio
9 † de tribus generibus legatorum, ſcilicet de miſſis, ſiue conſtitu-
tis. de natis. de deriuatis, ſiue collateralibus, vt notatur ſupra.
10 Et no. quòd † collateralis excellit alios in multis. Primo in ab-
ſolutione, quia indiſtincte vbique abſoluit excommunicatos
propter violentam manuum iniectionem in clericos. ſupra de
ſenten. excommunic. ad eminentiam. ſupra eo. ti. quod tranſla-
tionem. ex quo exiuit vrbem vndecunque veniant, ſicut & pro
conſul voluntariam iuriſdictionem exercet non contentio-
ſam. ff. de officio proconſul. l. prima & ſecunda. Quid ergo ſi
Helias occurrat, & dicat, domine non debetis abſoluere, niſi prę
miſſa ſatisfactione, offero libellum, peto ab eo tantum pro
iniuria mihi irrogata: nam non tantum verbo, immo & pe-
cuniariter ſatisfieri debet, vt probatur, ſupra de ſenten. excom-
munica. parochianos. & capit. ea noſcitur. reſpon. primo. &
xvii. quæſtione iiii. ſi quis deinceps. Quid faciet in hoc caſu le-
gatus, nec enim poteſt hoc diffinire, vt patet ex præmiſſis? Di-
cas, quòd ſcribere debet ordinario, vt iure ſuo hoc audiat, &
diffiniat, & vice legati excommunicatum abſoluat iuxta for-
mam eccleſię, vel etiam ipſum ſtatim poteſt abſoluere, ſi pe-
riculum ſit in mora. argumen. ſupra de ſentent. excommuni-
ca. ſacro. §. primo. & mandabit, quod niſi ſatisfaciat, in eandem
ſententiam reducatur, ſicut & ſeruat curia Romana, cuius vi-
cesgerit in hoc legatus. xciii. diſtinctione. capitu. fina. Hoc ta-
men de qualibet iniuria intelligendum non eſt, vt notatur ſu-
11 pra de ſetentia excommunica. peruenit. Miſſi vero non † abſol-
uunt extra prouinciam ſibi commiſſam exiſtentes etiam ſub-
ditos, nec infra prouinciam non ſubditos aliunde venientes.
12 Nati † autem nec iſtos, nec illos, niſi his, vel illis aliquid vlte-
13 rius concedatur. ſupra eod. tit. excommunicatis. Secundo † in
honoris exhibitione, & inſigniorum deportatione: quia ſi ta-
les transferent, vtuntur papalibus inſigniis, ſcilicet cruce, cla-
mide rubea, palefredo albo, & freno deaurato, & ſimilibus,
& alii, quibus hoc conceſſum eſt, ipſa deponunt. ſupra eodem
volentes. ſupra de priuilegiis. antiqua. §. dominicæ. Tertio in
beneficiorum collatione, vt hic, nam hęc vacantia conferre
poſſunt. ſupra eod. tit. dilectus. & non vacantia donationi ſuæ
retinere. ſupra de iure patronatus. cum dilectus. ſed alii legati
neutrum iſtorum facere poſſunt, vt hic dicit, ſed nec illi non
vacantia poſſunt conferre, vt ſupra de præben. dilectus. j. Quid
14 ſi legatus † collateralis retinuit ad manum ſuam beneficium
primum vacans, & ante vacationem mortuus, vel reuoca-
tus ſit, vel etiam poſt vacationem, ſed ante collationem? Di-
cas, quòd ad Papam recurrendum eſt, vel ad legatum ſucce-
dentem, ſi quis ei fuerit ſubrogatus, vt ſupra de officio dele-
gato. quoniam abbas. ſupra de officio ordina. paſtoralis. §. prę-
terea. verſicu. ad quod. & optime facit ad hoc. ſupra de eo qui
mit. in poſſeſſ. capitu. tertio. §. cunq. verſic. Apoſtolicæ. Quartò
15 † in procurationis receptione, quoniā collaterales poſſunt exi-
gere in abſentia, quod non poſſunt alij, & ſic intellige. ſupra de
cenſibus. cum inſtantia. & capitu. procurationes. & extra. Ro-
mana. Quinto in ſpiritualium, alias ſpecialium ſedis Apoſto-
licę filiorum excommunicatione. infra de verborum ſignifica
tio. extra. veniens. reſpon. primo. Sexto forſan in officii legatio-
nis aſſertione, vt ſcilicet ex quo dicit ſe legatum, credatur ei, &
ſic poteſt intelligi xcvii. diſtinctio. nobiliſſimus. & optime fa-
cit ad hoc. ſupra de ſententia excommunica. ad eminentiam.
ante finem. quia tempore illo requirebatur poteſtas. argumen.
ſupra eod. tit. quòd tranſlationem. alij autem non credatur,
niſi hoc probat. argumen. ſupra de officio deleg. ut. cum in iu-
re. C. de manda. princip. l. unica. & idem videtur, ſi aliud aſſe-
rat. quod dic, vt notatur ſupra de appellationibus. conſtitutus.
16 §. ſecundo. in princip. Ex hoc quod dixi † eſſe credendum lega-
to ex latere, ſic verum eſſe poteſt intelligi, niſi forſan velit vti
his, quæ ſunt ſedi apoſtolicæ ſpecialiter reſeruata, nam tunc
poſſum deſiderare, quòd probet. argumen. ſupra eo. quòd tran-
ſlationem. Ratio diuerſitatis, quare aliud in uno legato, quam
in alio cenſeatur, hęc eſt, quia uix recedit Cardinalis a Papa,
quin legatus ſit, ſed pauci ſunt hi, quibus ea, quæ ſibi Papa reti-
nuit, committuntur, & ſic ad ea, quæ frequenter, & non perra-
ro contingunt, iura adaptantur, ut notatur ſupra de reſcri-
ptis. extra. pręſenti. ſuper uerbo, honorabilibus. & de facili po-
teſt credi, uel non credi. ff. de leg. nam ad ea. C. de ędific. priua.
l. prima. [Qui] uerſic. alias quia. [Sicut honoris.] multiplex eſt
17 † prærogatiua, ſcilicet diſpenſationis, ſiue prælationis, quia ſci-
licet maior in iuriſdictione præfertur maiori in ordine, ut no-
tatur ſupra ſuper uerbo, dignitatem. Et eſt ſecunda prærogati-
ua, ſcilicet dignitatis. ſupra de electionibus. dudum. j. ſupra de
officio delega. paſtoralis. Et tertia, ſcilicet temporis. ſupra de
maiori & obedien. capit. primo. Quarta antiquitatis. ff. de iure
immu. ſemper. ſupra de tranſlatione epiſcop. quanto. Quin-
ta conſecrationis. ſupra de conſecratio. eccleſ. aqua. ſupra de
maior. & obedien. cum inferior. Sexta manus excellentis im-
poſitionis. ſupra de maiorit. & obedientia per tuas. Septima or
dinis maioris. ſupra de maiori. & obedientia. ſtatuimus. Octa-
ua feudi recognitionis, qua laico tenentur deferre clerici. ſu-
pra de maiorit. & obedien. ſolitę. §. uerum. uerſic. quod autem
ſequitur. Nona magiſterii, ſiue inſtructionis. xxxv. q. ix. ve-
niam. ff. de damno infec. ſi ædibus. ff. de arbitris, qualem. alias
incipit dicere. §. ſi de pluribus. Decima honeſtatis, ſiue ſan-
ctitatis. xl. diſtinctione. multi. ſupra de teſtibus. in noſtra
pręſentia.

præſentia. Vndecima honoris, vt hic. & ex hac debēt Cardinales præ cæteris omnibus honorari licet enim alii ſint maiores diuitus, vel ordine, iſti tamen ſunt maiores honore, & eſt ratio, vt nota.ꝫ. ſuper verbo, fungentibus. Duodecima authoritatis, qua legatus collateralis præeſt aliis, vt hic ſequitur. Tertiadecima patilitatis, qua ſcilicet generalis legatus præeſt generaliter, & delegatus ſpecialiter. ꝫ. eo. ſtuduiſti. Quartadecima nobilitatis, & ſcientiæ, & vitæ. ꝫ. de præben. de multa. Quintadecima maioris notitiæ. ꝫ. qui maio. accu. poſſ. videtur. Sextadecima excellentiæ iuriſdictionis, vt patet in eo, quod legitur, & notatur. ꝫ. de appellationibus. ſi duobus. [Lætantur.] ſubaudi etiam non miſſi, ſed in curia exiſtētes, vbi ab omnibus honorantur, & vere ex hoc honore plerique lætantur, & ipſum ambiunt rem agi perfunctorie intendentes, nec onus, ſed honorem tantummodo attendentes. contra Greg. 8. quæſtione prima. qui epiſcopatum. & contra Augu. xl. diſtinctio. ante omnia. & contra Ber. dicentes. Meditantibus quidem honores blandiuntur, ſed onera penſantibus tedio ſunt, atq; formidini, non enim tanta fiducia & alacritate ad honores recurrerent, ſi ſcirent ibi eſſe & onera, nunc vero quia ſola attēdunt gloria, & non poena, eſſe clericum in eccleſia erubeſcunt, ſeque viles & ingloriosos exiſtimant, ſi quocunque loco eminentiori non fuerint ſublimati. [Sic eos] ſubaudi. in legatione miſſos quo ad ea, quæ not. ꝫ. ſuper verbo, obſeruati. qui enim ſuis conſiliis, ſuiſq; laboribus pro toto orbe terrarum die noctuque laborant, quare non habent dignam ſuam prærogatiuam? C. de quadr. præſcrip. l. fina. ante finem. ad idem. ꝫ. de clericis non reſidentibus. cum dilectus. ꝫ. de cenſib. cum inſtantia. reſpon. 1. in fin. ſupra de poſtula. prælato. bonæ. i. §. primo. [Authoritate] &c. exceptis his, quæ no

18 bis† ſunt in ſignum ſpecialis priuilegii reſeruata. Vnde verſus.

Si ſit catholicus, Papam non iudicat vllus.

xl. diſtinctio. ſi Papa. Exigit. ꝫ. de maiori. & obedien. cum inferior. Et diuidit, vnit. ꝫ. eo. quod tranſlationem. decimaſexta quæſtione prima. §. ſicut. ꝫ. de exceſſibus prælat. ſicut. Mutat. 7. quæſtione prima mutationes. Vota crucis. ꝫ. de uoto. ex multa. Reſtaurat. ſecūda quæſtione ſexta. ideo. ꝫ. de cleri. non reſidentibus. ex tuæ. Et eximit. xvi. quæſtione prima. ſuper ꝫ. de priuilegiis. recepimus. Ad ſe maiores cauſæ referuntur. & valet ibi quandocunque appellatio. ii. q. vi. omnis oppreſſus. ii. quæſtione 4. nullam. ꝫ. de appellationibus. vt debitus. in fine. Legitimatque. ſupra qui fili. ſint legitimi. per venerabilem. Promouet bigamos & defectum patientes. 34. diſtinctione. lector. ſupra de elect. cum nobis olim. Appellare vetat committendo ſupra de offic. delega. ca. ſuper queſtionum. §. j. & ab ipſo non appellando. ꝫ. de elect. licet. §. finali. Prohibet. profiteri. ſupra de regularibus. quia in inſulis. Deponit. epiſcopos. 3. q. ſexta. quamuis. Transfert. ſexta quæſtione tertia. denuq; . Suppletque. ſupra de elect. ca. illa. Renunciat illi. præſul. 7 quæ. 1. §. ecce. Et exemptus. ꝫ. de renuntiat. dilectus. Simon. ꝫ de elect. ſi alicuius. Iurans. declarando ſupra de elect. venerabilem. §. antepenultimo. & relaxando. ꝫ. de iureiuran. venientes. Anathema. vel propriū. 21. diſtinctio. inferior. Vel legati, ſeu delegati. ꝫ. ca. i. paſtoralis. §. i. Vel lex vtriuſque. ꝫ. eo. ca. finali. ſed & idem poteſt legatus quo ad legatum, cui ſuccedit. ꝫ. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cap. 3. Nequam participans. ꝫ. de ſententia excommunica. ſi aliquando. quem canon damnat. Sibi ſoli quando reſeruat. ꝫ. de ſenten. excommunic. nuper. Soluitur a Papa. xi. quæſtione 3. ſi quis epiſcopus in concilio. Necnon quem regula damnat. ꝫ. de ſenten. excommunicat. cum illorum. Addas ſuſpenſum. ꝫ. de hæret. excommunicamus itaque. §. ſane. ꝫ. de præbend. grane. ſed & ibi poſſunt eſſe quatuor patriarchæ. Cauſam cum fertur ad ipſum. ꝫ. eo. licet. ꝫ. de poſtula. prælat. bonæ. §. nec nocebat. Reſcriptum. ꝫ. de officio delega. cap. 1. ꝫ. de ſententia excommunicat. inter alia. Fidei dubium. 24. quęſtione prima. quoties. Confert bona plura. ex prærogatiua perſonæ. ꝫ. de præben. de multa. dic, vt ibi no. Irritat infectum. ꝫ de præben. inter cætera. Legem condit generalem. ſupra de conſtitu. c. fina. Approbat imperium, confert, deponit et, vngit. ꝫ. de elect. venerabilem. Concilium generale facit. 17. diſtinctioo. per totum. ii. quęſtione vi. ideo. Sancit quoque ſanctos ꝫ. de veneratione ſanctorum. ca. j. & ij. Ens non eſſe facit. ꝫ. de exceſſibus prælat. tanta. §. 1. Non ens fore. ꝫ. de tranſact. cap. j. Pallia ſemper portat. ꝫ. de vſu pall. ad honorem. Conceditur. cē. diſt. optatum. & in hoc participāt quatuor patriarchales ſedes. ꝫ. de priuileg. antiqua. Legi nec ſubditur vlli, humanę. ff. de legibus. Princeps. ꝫ. de electio. ſignificaſti. Appellatur ad hunc medio ſine. ij. quæſtio. vj. cap. j. ij. & iij. ꝫ. de appella. ſi duobus. ij. quæſtion. 7. metropolitanum. Iudiciumque eſt pro lege ſuum. ꝫ. de ſententia. & re iudica. in cauſis. Monachum reuocat renuentem. ix. quæſtio. 3. per principalem. Maius adulterio ſoluit generaliter. ꝫ. de iudiciis. at ſi clerici. Arctat. Et laxat. quicquid ſponſis nocet. ꝫ. de conſang. non debet. Ordinat extra. Tempora dando ſacrum. ꝫ. de tempor. ordin. c. j. & 2. Promotum promouet. idem ꝫ. de temporis ordi. cap. i. & c. cum in diſtribuendis. Ordinat atque die qua conſecratur. & ipſe. ꝫ. de elect. quod ſicut. §. præterea. Viuentiſque locum concedit. ꝫ. de conceſſ. præbend. propoſuit. & c. conſtitutus. Iureque priuat. ꝫ. de reſcriptis. nonnulli. Inſignit. ꝫ eo. volentes. Laico ſacra donat. ii. quæſtione 4. menſam. ꝫ. de decimis. tua. & j. Chriſma miniſtro. 95. diſtinct. perennij. ꝫ. de exceſſio. prælat. ae cedentibus. Summa ſede ſedet. 17. diſt. hunc. i. quæſtione 4. turbatur. & c præcedenti. Plenuſque vicarius extat. ꝫ. de tranſla. epiſco. inter corporalia. ꝫ de poenitent. cum ex eo. in fin. ꝫ. de conceſſ. prębend. & eccle. non vacan. propoſuit. hi vero verſus in Summa. eo. titu. §. quid pertinet. ver. illud quidem & ſequenti. plenius exponuntur.

¶ De officio iudicis ordinarii. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiſcopus poteſt in ſua diœceſi, conſtituere vicarios foraneos.*
2 *Appellari a vicario foraneo ad quem poſſumus.*
3 *Vicarij foranei qui dicuntur.*
4 *Potentioribus non poſſumus eſſe pares.*
5 *Archiepiſcopi non poſſunt ingredi ſuffraganeorum diœceſim ad iudicandum niſi permittatur ex conſuetudine.*
6 *Cauſa deuoluta ad metropolitanum per appellationem poteſt committi inuito ſuffraganeo.*
7 *Dignitas quæ non eſt non poteſt vacare, & gradus qui non eſt non poteſt rumpi.*
8 *Futura non poſſunt committi.*
9 *Sententia excommunicationis etiam iniuſta eſt timenda.*
10 *Minorem exercere poteſtatem in maiorem abſurdum eſt.*

CAP. PRIMVM.

ROmana. Cum archiepiſcopus in diœceſibus ſuffraganeorum ſuorum nihil poſſit inuitis ſuffraganeis regulariter agere, non poteſt ibidē officiales foraneos conſtituere, quamuis enim cauſas per appellationem ad eundem delatas ibidem poſſit committere, non propter hoc licet eidem tales officiales ordinare, & redditur ratio quare, porro & ſi tales cōſtituere poſſet de conſuetudine, tamen nō poſſunt inhibitiones facere, antequam contigerit appellare. Officiales vero archiepiſcopi quandiu idem archiepiſcopus infra ſuam prouintiam, vel circa exiſtit, non debet in ſuffraganeos eiuſdem animaduertere, quibus ob reuerentiam pontificalem, & hic Papa intendit deferre. [In diœceſibus ſuffraganeorum.] ergo a contrario in diœceſi

1 ſua propria † poteſt tales officiales conſtituere, & quilibet ſuffraganeus eadem ratione in ſua argument. ſupra de offi. archipreſ.

2 capit. i. & fina. ſupra de accuſat. ſicut olim. Sed ad quem† appellabitur ab huiuſmodi officiali foraneo? Dicas, ꝙ ad illum, qui ipſum conſtituit, quia talis non intelligitur ordinarius (vnde & appellatur ſoraneus. vt ꝫ. nota.) ſed delegatus, & ideo appellandum eſt ad delegantem. ff. de appellationibus. Imperatores. ſecundum dominum noſtrum. ſupra de offic. delega. ſuper queſtionum. §. porro. C. qui pro ſua iuriſdictione l. vnica. Et ſic non obſtat. ꝫ. de appellationibus. Romana. Nec propter hoc dicetur archiepiſcopus, vel ipſe habere diuerſa conſiſtoria. ſed vnum tantum, in quo tamē ſunt diuerſi iudices, ſiue officiales, vt hic. Alii maiores, qui cum archiepiſcopo, vel epiſcopo eandem poteſtatem habent. Alii minores, & eam am poteſtatem habentes minorum, & idē eſt conſiſtorium vtrorumque, vnde & de facto iſtorum minorum ſicut & epiſcopi poterant diffinire argumen. infra de appel

3 lationibus. extra. Romana. [Foraneos.] id eſt extraneos. ſiue ſextraordinarios, id eſt delegatos. argumentum. ſupra de tranſact. de cætero. ꝫ. de probationibus. quoniam contra falſam. vel quaſi ad tuendum ſorum. id eſt iuriſdictionem epiſcopi conſtitutos, vt apparet. j. Tales enim citabant partes in cauſis appellationū factarum ad Remenſem curiam, & inhibebant iudicibus, a quibus appellatum erat, ne pendente appellatione in cauſis procederent, alioquin in tales rebelles ſententias fulminabant, & licet ex hoc poſſet ſequi aliqua vtilitas, tamen inde poterat ſequi maior incommoditas, ſcilicet perturbatio, & cōtentio iuriſdictionum, quę ſtatim eſſet in iannis inter huiuſmodi officiales, & ordinarios, quare merito reuocantur. ſecundum dominum noſtrum. Quinimmo & iuris abſurditas, cum ipſi tuerentur appellationes quantumcunque friuolas. & iniuſtas contra iura. ſupra de appellationibus. cum in eccleſia. & capitulo vt debitus. & capitu. cum ſpeciali. & tales de meritis appellationum non poterant, nec habebant cognoſcere, ſed indiſtincte tantummodo timebantur. Item quia conſtituebantur ad futura. contra illud ſupra de reſcriptis. capitulo finali. & ab illo qui adhuc iudex non erat, vt ſupra nota. ſuper verbo, rebelles. contra illud. ff. de officio proconſul. l. quarta. §. penultim. & fina. & eſt hæc lucta expreſſa contra præſides prouintiarum, & alios principes, ꝙ quaſi in quolibet caſtro ſubditorum ſuorū tales officiales ponunt, licet ibi nullam iuriſdictionē habeant, niſi in caſib. ſed quo ad illos dicunt, ꝙ tales cō-

ſtituunt, quos ſubbaiulos vocant, & expreſſe facit cõtra tales. Authen. de defen. ciui. §. non habentes licentiam. & ſequ. & in Auth. de collatoribus. §. iubemus autem omnes iudices. ver. non enim permittimus. colla. ix. Et merito hoc prohiberi debet, quia & tales quæſtuoſi ſunt & ſubditis oneroſi, & per quandam alluuionẽ trahunt ad ſe totam iuriſdictionem, quia paulatim lupus comedit totum gregem. 13. quæſtione 1. §. quia ergo. ſ. de præſcriptionibus. ex tranſmiſſa. nec percipitur alluuio, quia latens eſt incremẽtum. vt Inſtitut. de rerum diui. §. præterea quod per alluuionem. ſed & plerunque tota iuriſdictio inundatur, alias inuaditur, quia violenter & occulata fide occupatur, quæ ſi ceſſaret, ager iuriſdictionis penes illum remaneret, cuius erat. arg. Inſti. de rerum di

4 ui. § alia ſane. † Sed potentioribus pares eſſe non poſſumus. ff. de alie. iudi. cau. fac. l. 3. nec reſiſtere legi iuriſgentium ſurioſe. Inſtitu. de iur. natu. § ius autem gentium. prima diſt. ius gentium. [Ingre

5 diantur vt in eis] quaſi dicat, non prohibetur, quin poſſint ingredi, & morari, vel trãſire ſicut extranei, ſed caueant, ne intrent ad iudicandum ibidem, vel pro tribunali ſedendum, niſi & conſuetudo aliud indulgeat, vt j. ſequitur, & in alijs caſibus. no. ſ. de ſupplen. negligen. præla. extra. Romana. §. quia ſi etiam. ſuper verbo, a iure conceſſum. [Authoritate propria.] quaſi dicat authoritate non propria. vel de conſenſu ſuffraganei hoc poſſet facere archiepiſcopus. ſupra de foro competent. extra. Romana. & vt dicunt ea de quibus hic fit mentio. & §. j. no. [Iudicent.] ſedendo etiam de plano, vel aliquid aliud quodcunque ſit illud exceptis caſib. vt ſ. no. [Agant.] per ſe. [Canonica] nona. quæſtione. ii. ca. ii. & q. 3. ſaluo. & c. nullus primas. [Per alios.] quaſi dicat, quod quis per ſe non poteſt facere, nec per alium hoc debet attentare. ff. de admi rerum ad ciui. per l. ij. §. ii. 46. diſt. ſicut non ſuo. ſ. de pecu. cle. ca. penul. ſ. de ſenten. excommu. mulieres. hoc tamen fallit quandoque, vt 86. diſtin. non licet. ff. de nego. geſt. at qui natura. §. qui me abſente. ¶ Nec] ij. pars. [Pro eo] alias ex eo. [Dioeceſibus delegare] id eſt aliquibus de dictis dioeceſibus nolentibus recipere nolentes enim compellere non poteſt. ſ. de foro competenti extra, Romana. & ſecundum hoc intellige. ſ. eo. paſtoralis. reſpon. j. ver. ad quod reſpondemus. vbi de hoc. Vel ideo dicit in dioeceſibus, quia ſubdito ſuo immediate poteſt hanc cauſam cum effectu committere, & ibidem ad diffiniendum mittere, qui & in

6 hoc caſu poterit ibi, etiam inuito † ſuffraganeo pro tribunali ſedere, cum hęc cauſa iam ſit tranſlata ad metropolitanum per appellationem, vt ſupra eodem. duo ſimul. cum ſuis ſimilibus. Secus quo ad illam, quæ adhuc non eſt ad ipſum delata, vt ſ. ſequitur. ver. quia in cauſis. & verſi. non autem. Hoc etiam ſane intelligas, vt ſ. cum cauſam vnius epiſcopatus in alio epiſcopatu non committit, nec cauſam ſubditorum ſuorum in dioeceſibus ſuffraganeorum ſine eorundem voluntate, quia nec ibi poteſt ſedere pro tribunali ipſis ſuffraganeis inuitis, niſi in caſibus, vt hic p̃miſit. de quibus non ſunt ſupradicti, & hoc caute, & ſubtiliter eſt notandum. [Tales officiales] foraneos. quo ad futuras appellationes tuendas. [Qui.] ſ. officialis. [Eorum] ſ. metropolitanorum. [Cum appellatur] id eſt appellabitur, nam ex quo appellatum eſſet, hoc poſſet committere metropolitanus, vt ſup. [Citationes.] quo ad partes. [Inhibitiones] quo ad iudices, a quibus appellatũ eſt [Compeſcant.] per cenſuram eccleſiaſticam. ſ. de verborum ſignificat. quærenti. [Rebelles] ſcilicet partes, ſi citatæ non irent ad curiam Remenſem, vel iudices ſi poſt inhibitionem ſibi factam ab his officialibus in aliquo procederent, ad hoc enim tantum inſtituebantur, nec diſtinguebantur, vtrum eſſet iuſte, vel irrationabiliter appellatum, vt nota. ſupra ſuper verbo, foraneos. [Quia in cauſis] verſic. in quo reddit rationem, quare cauſam, in qua appellatum eſt, poteſt committere. [Non autem ſic] verſi. in quo reddit rationem, quare non poteſt committere cauſam, quę adhuc ad ipſum metropolitanum delata non eſt. [Appellatum] ſubaudi, nec alias delatum, vel relatum. ſecundum caſus nota. ſupra de ſupplen. negligen. pręla. extra. Romana. [Extitit.] ſubaudi. cum adhuc non ſpectet ad ipſum iuriſdictio, & ex hoc ſubauditu ſequitur ſequens concluſio. [Et idcirco] &c. [Non debent.] qa iuriſdictio, quæ non eſt, committi non poteſt. argu. ſ. de reſcript.

7 paſtoralis. §. pœnulti. & dignitas † quæ non eſt, vacare non poteſt ſupra de conſti. cum acceſſiſſent. & collegio quod non eſt priuilegium, dari non poteſt. ſ. de ecc. ędi. ad audientiam. ſecundo. & matrimonium quod non eſt, accuſari non poteſt. ſ. de deſpo. impub. ad diſſoluendum. & id quod non eſt, excipi non poteſt. ff. de contrahenda emptione. in lege. & gradus, qui non eſt, rumpi nõ poteſt. ff. de iniuſto rup. teſtamento. nam & ſi ſub conditione. & perſonæ, quæ non eſt, ratio reddi non poteſt. ff. de iur. codicil. quidam referunt. & eius quod non eſt iuditium, accipi non poteſt,

8 & ideo † nec futura committi poſſunt. ff. de iuditiis. non poteſt. & l. non quemadmodum. ſupra de reſcriptis. ad hæc ſumus. & c. quia nonnulli. quia nec tractatus futuri temporis ad iudicem ſpectat. ff. de vſuris. lege prima. vnde, & ſequitur. [In futuris] nam in præſentibus poteſt, vt nota. ſupra eodem. ſuper verbo, cum appellatur. [Niſi] verſiculo, & debet continuari cum verbo, præcedenti conſtituere, nam de illo excipit. [Inſtitutionem] non dico iuriſdictionis futuræ exercitium, quia quo ad illud non prodeſſet conſuetudo. vt ſupra verſi. a quibus [De conſuetudine] quæ & priuatæ perſonæ dat iuriſdictionem, vt ſupra de foro compet. cum contingat. ideoque non eſt mirum, ſi iuriſdictionem metropolitani ampliat, vt hic, & infra de appellationibus. extra Romana. §. primo. & §. debet. [A quibus.] verſiculo, ſcilicet metropolitanis. [Conſtituit.] ſcilicet tales officiales foranei. [Prohibitiones] alias. [Inhibitiones] ſcilicet, generales. quas faciebant iſti foranei edictum generale promulgando, per quod inhibebant omnibus iudicibus de prouincia ordinariis, vel aliis, ne de cauſis in quibus ad Remen. curiam appellari contingeret, ſe intromitterent, nec in ipſis aliquo modo procederẽt, ex quo appellatum eſſet. ſimi. ſupra de ſupplenda negligentia prælat. extra Romana. quod ſi quis faceret, ſciret ſe excommunicationis vinculo innodatum. & ideo tales generales ſententiæ reprobantur, niſi ex cauſa expreſſa fiant. infra de ſententia excommunication. extra Romana. §. porro. & ſequenti. [Inhibemus.] & merito, quia nec ipſi archiepiſcopi hoc debent facere, niſi ex cauſa, & partibus conuocatis. infra de appellationibus. extra. Roman. §. ſi autem poſt ſententiam. & ſequenti. & §. penultimo. ¶ Officialis autem.] tertia pars. [Vel circa] ita vt de facili poſſit adiri, puta infra duas dietas. argumentum. ſupra de reſcriptis. nonnulli. vel hoc arbitrarium erit. argumento. ſupra de officio delega. de cauſis ff. de iure delibe ran. l. prima. §. ait prætor. ff. de verborum obligation. continuus. Sed quod primo dixi magis placet. [Exierit] non quod ipſe ferat ſententiam extra prouinciam, ſed vt conſulatur, & quod ſibi placuerit, reſcribat, vel committat. argumentum. ff. de offic. proconſul. l. quarta. §. penultimo. & finali. quod dic, vt notatur. ſupra de offi. lega. nouit. [Non attentet.] Quid ſi hoc fecerit? Tenet ſententia, quia multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. ff. quando appella. ſit l. prima. §. biduum. ſupra de regularibus. ad apoſtolicam. ſecundum B. ſupra de iureiurand. quemadmodum. §. quod ſi poſt huiuſmodi. & quia in dubio, quod tutius eſt, tenendum eſt. ſupra de cleri. excommunica. miniſtran. illud. §. licet au

9 tem. & quia etiam † ſententia iniuſta timẽda eſt vndecima quęſtione tertia. capitulo primo. dicimus tamen, quod inutile facit, & ſine difficultate, a ſuperiore relaxari debet. 2. diſtincti. vides. C. de legibus. non dubium & promulgator eſt canonice puniẽdus. ſecundum ea quæ no. ſupra de ſententia excommunicatio. cum medicinalis. § ſi quis autem. [Et hoc idem] verſi. [Suffraganeos] ne ipſos ſcilicet interdicere, vel ſuſpendere, ſeu excommunicare, attentent, quandiu archiepiſcopus eſt infra ſuam prouinciam, vel circa. [Quibus] ſ. ſuffraganeis. [Pontificalis] Quid ergo de electis? Idem iuris putamus eſſe argum. ſupra de tranſla. epiſco. inter corpor. ſa. § primo. licet enim non ſint Pontifices, gerunt tamẽ officium pontificale quo ad iuriſdictionem. ſupra de elect. tranſmiſſa. & iunge quod nota. ſ. de exceſſione prælato. accedentibus. [Officij] ratione cuius quandoque in aliquos debet animaduertere, & ideo odia multorum frequenter incurrunt, & inſidias patiuntur, quare is, magis eſt defendendum: quia timendum eſt, ne excuſſis columnis corruat ędificium. ſupra de accuſationib. qualiter. ij. §. 1. & ideo eis eſt deferendum, vt ibi, & hic, & ſupra de offi. delega. ſane quia. & capit. paſtoralis. & infra de ſententia excommunicatio. quia periculoſum. [Volumus] quia eadem ratio eſt in aliis, quæ in Remen. prouinciæ ſuffraganeis, ergo idem ius ſtatui debet. ſupra de conſti. tranſlato. ſ. de conſanguini. non. [In hac

10 parte] nam & abſurdum videtur, quod minor poteſtatem exerceat in maiorem. vigeſimaprima. diſtinctio. inferior. ſ. de maio. & obed. cum inferior. ſecundum B. Sed hoc non procedit hic, qa officialis archiepiſcopi maior eſt in iuriſdictione, cum idem cõſiſtorium habeat cum archiepiſcopo. infra de appellationibus. extra Romana. vnde & ſi archiepiſcopus non ſit in prouincia, neque circa, ſed diſtat vltra duas dietas a prouincia, poterit officialis archiepiſcopi in huiuſmodi ſententias in ſuffraganeos promulgare, ne ex hoc contingat iuſtitiam impediri, vel nimium retardari, vt hic, & ſupra inouit. & argumen. infra de reſtitutio. ſpoliato. extra. frequens. ſupra de foro competen. licet. ſupra de reſtit. ſpolia. literas. §. pręterea. ſupra de appellationibus. interpoſita. §. ſi. Dicas ergo in hac parte ſcilicet in caſu prędicto, quando videlicet archiepiſcopus eſt infra ſuam prouinciam, vel circa, & eſt argumentũ, quod quis ſit citandus extra prouinciam, quãdo eſt circa prouinciam. de hoc. ſupra de dolo & contumacia. cum olim. d. §. penultimo verſi. mandantes. ſ. de cleri. non reſiden. ex tua. ſ. de elect. coram.

¶ De iuditiis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ius ambiguum quod dicitur.*

2 *Delegatus an poſſit præcipere in ciuilibus, vt partes coram ſe compareant. ar nu. 9. & 13.*

3 Defen.

3 *Defenſio ius ſemper poteſt fieri per procuratorem in ciuilibus.*
4 *Citatio ſemper debet fieri, vt per ſe, vel per idoneum reſpon, alter compareat.*
5 *Beneficia conceſſa a iure nemini ſunt auferenda.*
7 *Procurator in quibus cauſis criminalibus non poteſt interuenire.*
8 *Reus ſi nihil opponat contra procuratorem accuſatoris, an poteſt iudex eum repellere.*
9 *Procuratorem contra ſi non fuit oppoſitum in criminalibus an valeat proceſſus cum eo habitus.*
10 *Iuramentum veritatis dominus debet præſtare non procurator.*
11 *Procurator epiſcopi, vel conuentus, vel vniuerſitatis iurare debet in perſonā propriam.*
12 *Perſonæ egregiæ non coguntur venire ad præſtandum iuramentum veritatis.*
14 *Iudex veccat a iure communis ſi ſententiando non exprimat cauſam.*
1 *Delegatus ſi citat perſonaliter non exprimendo cauſam ſi citatus non comparet ſaltem per procuratorem an dicitur contumax.*
16 *Delegatus debet facere fidem de ſua iuriſdictione.*
17 *Delegatus ſi non vult facere fidem de ſua iuriſdictione quomodo poteſt accuſari a procuratore, ita quod pro contemnet in eum.*
18 *Delegatus in quibus caſibus poteſt citare, quod reus perſonaliter compareat.*

C A P. P R I M V M.

IVris. Non poteſt iudex delegatus citare partes, vt coram eo præcise perſonaliter compareant, niſi in caſibus hic expreſſis.
5 [Ambiguum] † ambiguū ius eſt, vbi iura ad inuicem videntur contraria, ita ꝙ ſapientes diſcordant, & contrarias opiniones, ſcribunt, & tale ius eſt per ſummum Pontificem declarādum. ſ. qui fi. ſint legi. per venerabilem. §. rationibus, & ideo multa talia ſunt per ipſum determinata, & declarata, vt patet. ſ. de reſcrip. ſuper literis. ſ. de ætate & qualita. quæris. & ca. a multis. ſ. de offi. delega. ſuper quæſtionum. ſ. de cau. poſſ. paſtoralis. ſ. de reſtit. ſpol. literas. [Non videtur] q. d. ſi de hoc quæratur, indubitate † reſponderi debet, ꝙ hoc nō poteſt præcipere delegatus, vt perſonaliter partes corā ipſo compareant, ſicut nec poſſet præcipere, ꝙ irent ad beatum Iacobum, quia illa & ſola commiſſa videntur, ſine quibus cauſa commiſſa ſibi expediri non poteſt. ſ. de offi. dele. ca. j. & c. præterea. & c. inſpitionis. ſed ſine hoc expediri poteſt per procuratores, ergo hoc mandare non poteſt, quia nō ſpectat ad officium ſuum cum nec illud videatur commiſſum, ergo non aſtringit præceptum partem citatam. ff. de regu. iur. factum a iudice. [Delegatum] ergo a contrario aliud videtur de ordinario, arg. xxv. diſt. qualis. ff. de iudi. cum prætor. cum ſuis ſimilibus. ſed
3 idem eſt in ordinario, cum quilibet † poſſit per procuratorem ſe defendere in ciuilibus. C. de his qui ad eccle. confu. præſenti. §. cū autem. ff. de procura. l. j. ſ. de iuramen. calum. ca. fi. ſm B. Dicas, ꝙ & ſi in caſibus ciuilibus, quando de ipſis agitur, coram ordinario ſit idem, tamen ſimpliciter non eſt idem, nam & multi caſus occurrere poſſunt, in quibus ſi nulla cauſa litigandi moueatur, pōt tamen ordinarius præcipere ſubdito, vt perſonaliter compareat, puta, ꝙ eget ordinarius ſubditi conſilio, vel auxilio corporali, qđ quia non poteſt per alium expediri. arg. 2 2. q. v. de forma. ſ. de offi. dele. quoniam. §. his aūt. cum ſuis concordātiis. vel quia ōn vult, ꝙ ad ordines promoueatur. ſ. de ætate, & qualita. c. j. & multi alii caſus occurrere poſſunt, & ideo dicit delegatum. cui non parendum eſt. niſi in his, quæ ad cauſam ſibi commiſſam pertinent, ſed ordinario in omnibus dubiis eſt parendum. 1 1. q. 3. quid culpatur. hæc de conſuetudine, & de facto in variis ſ'ctis quotidie ęquiparatur. [A ſede apoſtolica] quæ hoc poteſt committere. quā documque placet, & ſic intellige. ſ. de dolo & contuma. cum dilecti. §. expectantibus. ver. ſed contra. quæ tamen patet vniuerſitatibus, & capitulis, cum graue eſſet, & intolerabile totam vniuerſitatem. vel collegium vniuerſaliter citari in perſonis propriis. & ideo ſufficiunt procuratores. ſ. de maior. & obedien. humilis. ſ. de ſyndico. capi. vnico. & ſ. de iuramen. calum. in pertractandis. Sed nec cogitur quis in grauibus cauſis procuratorem conſtituere. ꝙ dic, vt no. ſ. de procuratoribus. querelam. [Alteutram.] q. d. nec actorem, nec reum, ſed ſemper ſic debet fieri citatio, vt per ſe, vel
4 idoneum † reſponſalem compareat, vt ſ. de dilationibus. ca. fin. reſpon. j. & de dolo & contuma. ca. fina. § j. [Perſonaliter.] poteſt enim per procuratorem defendere ſe, vt no. ſuper verbo, delega-
5 tum, quod beneficium cum a iure concedatur, † nemini eſt auferendum. 28. diſt. de his. niſi ex cauſa, vt hic patet, & ff. de re iud. l. ii. & l. 4 §. ſi quis condemnatus. excipe Papam. qui ſupra ius eſt. ſ. de conceſſ. præb. propoſuit, & ideo poteſt ex certa ſcientia hoc beneficium auferre, & perſonam perſonaliter arctare, vt nec per alium audiatur ſ. de maio. & obedien. ca. fi. in quo etiam caſu cōſueuit iuſtas excuſationes audire. vt ſ. de dolo & contuma. cum dilecti § expectantibus. & de accuſ. veniens. iuſta enim exceptio ſemper eſt admittenda etiam ab excommunicato. ſ. de exceptionibus. cum inter priorem. quantumcunque præciſe ſcribatur, niſi ex certa Papæ ſcientia (quod tamen non conſueuit facere,) hoc tollatur. ſ. de offi. deleg. ex parte ij. Ordinarius etiam & ſi poſſit citare perſonaliter, beneficium tamen procuratoris conſtituendi auferre, non poteſt. niſi ex cauſa, vt dictum eſt. Delegatus vero
6 nullo † modo poteſt citare perſonaliter, niſi ſm ꝙ in hoc. c. legit. & notat. & ſic quantum ad vim perſonalis citationis maior eſt poteſtas Papæ quam ordinarii. & ordinarii maior, quam delegati. [In iudicio] nec alias coram ipſo quia quo ad ea, quæ ſibi commiſſa non ſunt, priuatus eſt, & ideo ei parendum non eſt, ſecus in ordinario, vt no. ſ. & ideo quia ſemper iudex eſt, ei magis ex debito eſt deferendum. ſ. de appellationib. vt debitus. vbi de hoc. [Criminalis.] grauis, ſcilicet talis & tanta, ꝙ pœna maior relegatio-
7 ne ſit † imponenda, in hac enim procurator interuenire non poteſt, & ſic intellige. v. quæſtione tertia. reos. vigeſimatertia. quæſtione quinta. reos. ſ. de accuſationibus. veniens. alias ſi pœna relegationis, vel minor eſſet imponenda. idem eſſet. quod in ciuili quo ad procuratorem conſtituendum, & hoc diſtinguitur. ff. de pub. iudic. l. penultima. §. ad crimen. ff. de pœnis. abſentem. §. aduerſus ff. an cauſæ appella. per alium exerce. poſſ. l. prima. §. primo. Item ideo dicit criminalis, quia aliud eſſet, ſi de crimine ciuiliter ageretur. C. ad legem Corneliam. de fal. l. fi. ſ. de teſtibus. teſtimonium. §. j. ideo in cauſa denunciationis, vel inquiſitionis poteſt conſtitui procurator. ſupra de procuratoribus. in noſtra. ſ. de ſententia & re iudica. cum. I. & A. Item ideo dicit criminalis, quia aliud, ſi ſit mixta. ſ. de procuratoribus. tuæ. ſupra de accuſat. ſuper his. ſed & criminalem accipit largo modo, vt comprehendat etiam popularem actionem, in qua ex parte actoris. non poteſt interuenire procurator, niſi afficiatur priuato incommodo, & ſic intellige. ff. de procuratoribus. licet. §. in popularibus. & l. non cogendū § qui ita. ff. ne quid in loco publ. ei qui. quod dic, vt plene nota. in Summa de procuratoribus. §. & in qua re. Quid ſi reus nihil
8 opponat contra procuratorem ab accuſato conſtitutum? Dic, quod iudex nihilominus eum debet repellere, vt ſupra de accuſationibus. cum. P. Manconella. & capi. veniens. & argumen. ſ. de
9 exceptionibus. exceptionem. Sed quid ſi † non fuit repulſus, numquid valebit, quod cum eo actum eſt? Ita videtur argumentum. ff. de procuratoribus. ita demum. ff. de iudiciis. licet. ff. rem ratam habe. l. tertia §. falſus. [Pro veritate dicenda] quod intellige in ſpiritualibus. ſecundum B. ſupra de iuramento calumn. literas. Immo & intellige hoc, quando dicitur, quod dominus melius nouit veritatem, vel legalior eſt. C. de procurato. l. fi. ff. de procurato. ſi actor. quod dic, vt ibi notatur. ſupra de iuramen. calum. in per-
10 tractandis. Sed & verum eſt, ꝙ † iuramentum de veritate dicenda præſtare debet, non procurator, ſed dominus. ſupra de electi. dudum. §. eādem. & §. partibus & bene ſufficit, quod procurator poteſtatem habeat, vt in animam domini iuret. infra de teſtibus. extra. ad hæc. præſentium. [Calumniæ] quando agitur inter priuatas perſonas, & de priuato iure, & ſic intellige. C. de iureiuran. propter calumniam dando. auth. principales. ſ. de iuramen. calu. capi. j. circa principium. Secus quando eſt procurator epiſcopi,
11 vel † conuentus. ſeu vniuerſitatis, quia talis iurat in perſonam ꝓpriam ſ. de iuramento calumniæ. capitulo penulti. & fina. quamuis ergo non ſit vis facienda in nominibus eorum, qui vices alterius gerunt in iudiciis, ſecundum iura canonica. ſupra de procuratoribus. petitio, eſt tamen magna vis, vtrum talis gerat vicem procuratoris, vel ſindici, vel actoris, & ſecundum hoc intellige quod nota. in Summa de ſindico. §. & de differentiis. & de iuramento calumniæ. §. quis debet. verſiculo, quod autem. & præce-
12 dentib. Sed & in his duobus caſibus, ſi ſint perſonæ egregiæ † non coguntur venire, ſed mittitur ad eas, qui iuramentum recipiat. ff. de iureiurando. ad egregias. vndecima quæſtione prima. de perſona §. Imperator. ſed & verecundiæ ſexus parcitur. C. de iuramē. calum. l. ſecunda. §. ſin autem vel dignitas [Facienda] ſequitur hic ſecundum quoſdam libros in textu. [Vel alia.] ſed non occurrit ad præſens, ꝑ quo ſupponat, hoc tamen patet ex præmiſſis, quod delegatus, cui hoc ſpecialiter commiſſum non eſt, citare non po-
13 teſt perſonaliter, niſi ex cauſa. Quid ergo ſi citat † perſonaliter, & tamen non exprimat? Videtur, quod citatus venire tenetur. argument. ſupra de ſententia, & re iudicata. ſicut nobis. Tu vero dicas, quod aut conſtat ſaltem ex tenore reſcripti in citatorio inſerti, quod hanc poteſtatem recepit, & ſic tenetur venire citatus perſonaliter. vt ſupra eodem capi. & infra de dilationibus. præterea. aut conſtat, quod non recepit hanc poteſtatem, & tunc non tenetur venire, niſi cauſa, quare hoc fit, in ipſo citatorio exprimatur. argumentum ſupra de appellationibus. cordi. §. primo. & de ſententia excommunicatio. Romana. §. caueant. in fine. & quinta. quæſtione ii. c. fina. & ſupra de dilationibus. capi. j. nam talis citatio ſine cauſa facta temeraria dici poteſt, vt ex præmiſſis liquet & ſic non poteſt arctare citatum. ſ. de elect. bonæ. ii. in fine. Nec obſtat. ſ. de re iudica. ſicut nobis. quia expedit rei publicę quōd teſtimonia & ſententiæ latæ valeant, & ſi cauſa non exprimatur, vt ibi. & argu. ff. de offi. præto. Barbarius. ſ. de dolo & contuma. finem. in principio. ſed & idem expedit, vt delegato iuriſdictio tanquam minus fauorabilis ſaltem in ſui princ. reſtringatur, vt hic,

& argu.℥.de reſcrip.nonnulli.in princ. & §.cum autem.Item per
primum nullum fit præiudicium alicui, ſi dicamus valere ſen-
tentiam.per ſecundum vero. ſi diceremus valere , fieret præiudi-
cium citato,qui regulariter poteſt conſtituere procuratorem , qđ
ius per quam neceſſarium eſt.ff.de procu.l.j. in fine. quinimmo
& quandocunque iudex etiam ſententiando a iure communi
14 receđit.† debet cauſam exprimere.ff.de appellat.non recipi. cien
dum.in Auth.de iudi.§.oportet.colla.vj.ergo cum delegatus quã
do perſonaliter recedat a iure communi , neceſſe habet cauſam
exprimere,vt hic,& argu.ſupra de reſti.u.in integrum ex literis.
§.fina.& ſic conſiderata mente vtroruṁque iurium potius con
cordant,quam diſcordant.Quid ſi inquiſitio ſit commiſſa,nun
quid poteſt citare perſonaliter illum.contra quem ſit inquiſitio
& ſi hoc non habeat forma reſcripti? Dicas,ꝙ ſic,cauſa expreſſa
ſ.ꝙ ab ore ſuo vult inquirere veritatem,vt patet in eo, quod legi-
tur,& notatur.℥ de accuſa.ſi conſtiterit.& ca. qualiter.ij.§. debet
alioquin contra,cum per procuratorem ſe defendere poſſit ℥. de
re iudicata.cum I.& A.& no.ſupra ſuper verbo,criminalis Quid
ſi ex hac cauſa citatus mittat procuratorem ad excipiendum cõ
tra reſcriptum,vel iudicem,vel proceſſum,cum adhuc neque in
quiſitum ſit de infamia,neque conſtet? Videtur excuſandus cita
tus,dummodo procurator verum .& rationabile quid prętendat,
tale videlicet ad quod potuit conſtitui procurator,& tale,ꝙ ſi ci-
tatus eſſet præſens,non teneretur reſpondere.argumen. ff.ſi quis
15 in ius vocan.non ierit.l.ij.in fine.Quid ſi delegatus † citat perſo-
naliter,nec cauſam exprimat. nunquid non comparens ſaltem
per procuratorem debet contumax reputari? Non videtur, quia
perſonaliter non cogitur venire,vt citatus eſt, nec per procurato
rem,quia nec ſic citatus eſt. ſupra de dolo & contumacia . cum
dilecti.§.expectantibus.verſiculo finali,perinde eſt igitur ac ſi ci-
tatio facta non eſſet.argu.ff de auth.tuto. nulla differentia.& ſibi
imputet delegatus nam quod voluit ſcilicet citare perſonaliter ,
hoc non potuit,quod vero potuit ſcilicet citare. per procurato-
rem hoc noluit , ergo voluntas & poteſtas ad inuicem ſe impe-
diunt.ſupra de offic.delega.cum ſuper abbatia. Sed quid ſi inqui-
ſitor citat perſonaliter cauſam exprimens , ꝙ vult ab eo veritatẽ
audire,& procurator compareat cum ſufficiẽti procuratorio pe-
tens,ꝙ ſibi fiat copia de reſcripto,inquiſitor vero reſpondet ei , ꝙ
faciat fidem de mandato? Videtur, ꝙ ad inuicem ſe impediant ,
ſicut alias ff.de vſufruct.quoties.ff.de hæredi.inſtit. in tempus.§.i.
& l.Cornelius.Sol.ſi iudex ſit ordinarius,cum de iuriſdictione cõ-
ſtet,fieri debet fides de procuratorio , antequam procurator ad-
mittatur,vt legitur & no ℥.de procuratoribus.c.i.Si vero iudex ſit
16 delegatus,cum talis non naſcatur,nec præſumatur† debet facere
fidem de iuriſdictione,vt legitur,& no.℥.de offi.deleg.cum in ite-
re.& procurator poſtea probet mandatum,nec antea cogitur, nõ
enim non iudici,ſed iudici facienda eſt fides.C.de condi. ob tur.
cauſam.l.j.Sed contra,quia nec procurator talis naſcitur, nec ip-
ſe citatus eſt,ſed dominus? Poteſt ſibi dicere delegatus.charilime
ego citaui talem,qui non comparet,& non te , qui ſuo nomine
compares.ſi non facis mihi fidem , ꝙ eius pręſentiam repręſen-
tes,ego ipſum reputo contumacem , & ſcio quid habeo facere .
Solu.minus cautus erit procurator,niſi procuratorium ſuum le
gat.Sed quid ſi legerit,& iudex faciat poſtea legi poteſtatem ſuã ,
& petatur copia hinc & inde, & neuter velit hanc primo facere,
ſuſpitionem forſan allegans? Reſpon.ſi talis non ſit inſtitutus in
aliqua eccleſia collegiata honorabili, vel ſuperiori non habet lo
cum quæſtio quantum ad delegatum ſedis apoſtolicę,vt patet ℥.
de reſcriptis.extra do.noſt.pręſenti.hodie incipit ſtatutum . Sin-
autem talis ſit,curialiter faciet procurator,ſi ei deferat, ſed ſi hoc
facere noluerit,videtur eſſe ad arbitros,ſiue alios communes ho
mines recurrendum,qui hoc dirimant.arg.℥. de reſcriptis.paſto-
ralis.& arg.ff.de ſol.ſi ſoluturus.vel ad ordinarium (quod melius
eſt) recurratur.argu.C.de iudi.l.fina.qui habet ſupplere defectũ ,
ſeu negligentiam delegati.℥.de offi.ordina.ſignificauit.cum ſuis.
17 concordantiis.Sed quid ſi iudex † nolens facere fidem de iuriſdi-
ctione a procuratore nomine domini ſui canonice recuſetur? De-
bet procurator fidem facere de mandato,nam eo ipſo ꝙ recuſat
videtur eum iudicem confiteri,niſi forſan ſic diceret,non credo
ꝙ ſis delegatus,ex quo fidem non facis,ſi tamen reperiretur te eſ-
ſe iudicem recuſo te ex tali cauſa,&c.tunc enim ſi delegatus cau
ſam legitimam recuſationis non admitteret,poſſet appellari. &
ſufficeret probare mandatum coram ſuperiore . argumen. ℥. de
offi.delega.ſuper quæſtionum.§.fina.℥.de appella.vt debitus.& ca
piu.cum ſpeciali.]Neceſſitas.] quia aliter expediri non poteſt in
18 quatuor caſibus hic notatis.Primus † eſt,vbi Papa hoc iniunxit,
quia niſi forma reſcripti ſeruaretur,nihil ageretur.ſupra de reſc.
cum dilecta.in fin.Secundus vbi cauſa criminalis eſt , quæ per a-
lium expediri non poteſt Tertius ob veritatem inueniendam, ꝗ
cœlare mortale eſt.xj.quæſtione tertia.quiſquis.& cui ſubuenire
debet iudex.ff.de teſti. curent.℥. vt lite non conteſtata. quoniam
frequenter. & ſic vel nullo modo poteſt , vel non ſic commode
poteſt id,de quo agitur,expediri.Quartus,quando priuata perſo-
na agit de iure priuato,vbi quidem nec per alium pręſtari poteſt
iuramentum de calumnia , & eo non præſtito procedi non de-
bet.ſupra de iuramen.calum.cæterum.vbi de hoc.[Coram eo]
ſcilicet delegato.[Exegerit.] cum nec aliter expediri poſſit.ſupra
de offic.delegat.præterea.

¶De foro competenti. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa deuoluta ad metropolitanum per appellationem prius debet diſcuti de meritis appellationis nam ceſſante appellatione ceſſat & cauſa.*
2 *Laici poſſunt conſentire in iudicem non ſuum abſque conſenſu ſui iudicis.*
3 *Clericus in quibus caſibus poteſt conſentire in iudicem non ſuum.*
4 *Conſiſtorium epiſcopi,& officialis idem eſt.*
5 *Tralati nomine qui veniunt largo modo.*
6 *Salariorum promiſſio non debet eſſe de quota parte litis .*
7 *Aduocati magis cauilloſi ſunt,quam principales.*
8 *Aduocati officium,& procuratoris differunt.*
9 *Forum quando quis ſequatur ratione contractus.*
10 *Excommunicari an quis poſſit a iudice non ſuo ratione contractus celebrati in ſua diœceſi.*
11 *Lite non conteſtata in quibus caſibus procedi poteſt.*
12 *Iudex interlocutorie pronunciando an poteſt pronunciare , de bonis non ſuę iuriſdictionis.*

C A P. P R I M V M.

ROmana. Si cauſa ſubditorum ſuffra-
ganei per appellationẽ ad
archiepm deferatur,nõ poteſt omiſſo appel-
lationis articulo etiam de conſenſu partium,
niſi ſuffraganeus conſentiat, in principali cã
procedere: quia nec poſſunt ſubditi ſuffraga-
nei ſine ipſius licẽtia in archiepm tanq̃ in le-
gitimum iudicem conſentire.nec poteſt metropolitanus ſubdi
tum ſuffraganei ad cauſam dictæ appellationis ſuſcipiendã, & di
iudicandam,nec ad teſtimoniũ in eadẽ cauſa ferendum inuitũ
compellere,niſi aliud habeat de conſuetudine, & idem debes de
officialibus epiſcoporũ,& aliis iudicibus ordinatis ſub ſuffraga-
neo conſtitutis,intelligere,nec occaſione ſalariorum promiſſo-
rũ procuratoribus,& aduocatis in curia archiepiſcopali cauſam
ducentibus poſſunt eoſdem ſubditos ad rũdendum præciſe co-
gere,nec aliarum diœceſum contrahentes in diœceſi archiepi-
ſcopi ſi ibi non reperiantur inuitos trahere,licet,ſi citati non ve-
nerint,poſſit aduerſarium in poſſeſſionem bonorum , quorum
iuriſdictio ad archiepiſcopum pertinet, ponere, vel ſi malitioſe
ſe occultant,etiam in poſſeſſionem bonorum, quæ alibi tenent,
ponendum decernere,& ordinario bonorum,vt ſuam ſententiã
exequatur,denunciare,nec in clericos ſuos pro initiendis,vel reco
gnoſcendis contractibus coram ipſis ad diœceſes ſuffraganeorũ
debent mittere,nec ſuffraganeorum ſubditos occaſione hac co
gere ad parẽdum coram ſe iuri ſtare , nec propter hoc in rebelles
officiales ſuffraganeorum,vel alios ſubditos cenſuram eccleſia-
ſticam exercere.[Prętermiſſo.] ſubaudi,ſicut nec alias etiam cũ
minime.[Appellatum] &c.& iuſte hoc dicitur, cum enim cau
1 ſa ſubditorum ſuffraganei † per appellationem defertur ad me-
tropolitanum,deficiente appellatione deficit & ipſa delatio,& p
inde habetur, ac ſi appellatum non eſſet,igitur appellationis arti
culus non eſt omittendus , ſed diligenter examinandus, & diffi-
niendus , vt per hoc ſciamus , vtrum metropolitanus debeat in
principali procedere,ſi appellatio inuenta fuerit iuſta , vel partes
ad ſuffraganeum remittere,ſi iniuſta.℥.de appel.vt debitus.& ex-
tra.Romana.§.ꝙ ſi obiiciatur.& §.ſi.curia tamen,alias Papa ple-
runque omiſſo appellationis articulo procedit in principali cau
ſa expediendi partes,& abbreuiandi lites.quia boni prætoris eſt li
tes dirimere.ff.ſi certum peta.quidam æſtimauerũt.ſed illud po-
teſt facere ſine iniuria,quia ordinarius eſt cunctorum.9.q.1.cun
cta.& c.per principalem.ij.q.vj.ideo.& idem eadem ratione poſ-
ſet facere epiſcopus.ſi a ſententia archidiaconi ſui, vel alterius iu
dicis diœceſis ſuæ appellaretur ad ipſum , cum & ipſe ordinarius
ſit totius diœceſis.xj.quęſtione j.de perſona.in fi.quod dic, vt no-
tatur.℥.de offic. ordina. paſtoralis. Alii dicunt,ꝙ hoc ſpeciale eſt
in Papa qui ſuper omnes eſt,non ſic de aliis ordinariis inferiori-
bus quibuſcunque.argumen.ſupra de elect.licet.§.fin.quod dic,
vt notatur.℥.de appel.extra.cordi.§ poſt hæc.[Clericorum] quaſi
2 dicat.aliud in laicis qui poſſunt conſentire in iudicem † nõ ſuũ,
etiam ſine conſenſu iudicis ſui.ff. de iudic.l. prima. & ij.ſupra de
parochia.capitu.fina.quod verum eſt quo ad temporalia , ſecus
quo ad ſpiritualia.℥.de pœnitent.omnis.quod dic,vt notatur.ſu-
pra de deſpon.impube.c.ii.[Tanquam iudices] quia hoc metro
politanis omnibus prohibetur,niſi in caſibus,vt ℥. de offi. ordin.
extra. Romana.& de ſupplen.neglig; ntia prælat. extra Romana.

tam

tam in textu] In gl. poſſent tñ de his cognoſcere tanquam arbi-
tri, ſicut & quiuis alii extranei, etiam ſi de ſpirituali ſubiectione
agatur.ſ. de teſtibus. præſentata. vel aliis ſpiritualib.ſ. de arbi.con-
tingit. vbi de hoc.ſ. de rer. permu.c.fin.[De facto] ſ. per ſe ſine li-
centia ſui epiſcopi, nam ſi cum licentia fieret, & alia neceſſaria
concurrerent, teneret cõſenſus, & iuriſdictionis prorogatio de fa
3 cto & de iure. Sunt autem † ix. quæ concurrere debent ad hoc, vt
conſenſus clerici teneat. Primum eſt, q́ is, in quem conſentit, ha
beat iuriſdictionem, alias contra. C. de iuriſdi. omnium iu. l. j. & l.
priuatorum. Secundum, q́ ordinariam, nam delegata prorogari
non poſſet.ſ. de offi. deleg. P. & G. ſicut nec de nouo dari, ſiue re-
ſtrui.ſ. de offi. delega. ſignificantibus. Tertium, q́ conſentiat. ff. de
iud. l. ij. Quartum, q́ ex hoc ſequitur. ſ. q́ non erret accipiendo Pe
trum pro Martino. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi per errorem. Quin-
tum, q́ libere conſentiat, non per metum. ff. de iudi. l. ij. Sextum,
q́ conſenſum re integra non reuocet. ff. de iuriſd. omnium iud. ſi
conuenerit. & argu.ſ. de elec. in cautis. Septimum, q́ is, in quem
conſentit, ſit perſona eccleſiaſtica.ſ. de iud. decernimus. Octauũ,
q́ fiat cum conſenſu proprij diœceſani. in Auth. de ſanc. epiſco.
§. economos. & ſeq. coll. ix. & vt cleri. apud propri. epi. §. ſi vero ec
cleſiaſticũ. coll. vj. & hoc eſt, quod probatur expreſſe de his duob.
caſibus.ſ. eo. ſignificaſti. & hic. Nonum, q́ ſit talis cauſa, quæ ad-
mittat prorogationem talis iudicis, quod intelligas quo ad laicũ
volentem in ſe iuriſdictionem alterius prorogare, quod nõ põt
facere ſuper ſpiritualibus, niſi & iudex ſpiritualis ſit. ſ. de arbi. cõ-
tingit.ſ. de ordi. cogni. tuam. vel etiam quo ad cauſam feudalem.
quod dic, vt no. in Summa. de feudis. §. de qua re. ſub. §. impedit.
ver. ſed nunquid vaſallus. [Voluntate] nam ipſis nolentibus hoc
poſſet.ſ. de offi. ord. extra. Romana. ¶ [Nec ſuffraganeorum] ſecũ
dum dictum. & iunge hic compellant, quod eſt in fine huius. §.
[Suſcipere] licet igitur talib. volentib. poſſit metropolitanus cau
ſam ad ipſum delatam delegare, vt ſ. de offi. ord. extra. Romana.
§. j. non tamen poteſt inuitum compellere, vt hic, & ſ. de offi. or-
dina. paſtoralis. vbi de hoc. Nunquid ergo ſic erit fruſtratoria hu
iuſmodi delegatio? hoc eſt legem imponere verbis, & non reb.
contra illud. C. communia delega. l. 3. in fi. nec intelliguntur ver
ba cum effectu, contra illud.ſ. de cleri. non reſid. relatum. Sol. nõ
erit fruſtratoria, licet aliquantulum ſit moroſa, reget enim ſuf-
fraganeum, vt ipſum compellat. arg. in Authen. de teſti. § & quo
niam ſancimus. & C. de fide inſtru. iudices.ſ. de fideiuſſ. conſtitu-
tus. §. fi.ſ. de treu. & pa. ca. j. & 3. & ſi ſuffraganeus non acquieſcat
poterit lo ipſum animaduertere, cum eidem ſubſit immediate.
ſ. de offi. ordin. paſtoralis. & mandatum ſit iuſtum, nam & in du
bio parendum eſſet. 23. q. j. quid culpatur. & idem intelligi debet
in ſequentibus caſibus. [Sententias] intelligas, vbi proceſſum eſt
libello oblato, & ordine iudiciario obſeruato. [Præcepta] puta,
quando proceſſum eſt ſine libelli oblatione de cõſenſu partium
vel quando confeſſio facta eſt nullo libello oblato, & per hoc ex
preſſe comprobatur hic id, quod not. in Summa de libel. obla. §.
vtrum libellus. ver. & hoc verum eſt. & de confeſſ. ca. fi. [Delatis]
alias deuolutis. [Teſtimonium.] Sed contra. quia cui commitit-
tur principale, & acceſſorium.ſ. de offi. delega. præterea. pruden-
tiam. §. penult. & fi. Item mandata iuriſdictione, ſiue delegata oĩa
videntur delegata, ſine quibus expediri non poteſt.ſ. de offi. deleg.
præterea. & totum officium iuriſdicendi tranſit. ff. de ſuſpec. tu. l.
j. §. an autem. Solu. hæc vera ſunt, ſed neceſſe eſt, q́ ordo ſeruetur,
vt ſ. is, qui ordinarius eſt perſonarum, primitus requiratur, qui ſi
non obedierit, puniri poterit, vt ſ. nota. & ſi infra tempus per me
tropolitanum congruum aſſignatum hoc non fecerit, elapſo ip-
ſo habebunt locum contraria ſupradicta, vt & probat dicta dec.
prudentiam. §. penult. & fina. & apparet in his, quæ plene nota.ſ.
de ſupp. neg. præla. extra. Romana. §. j. ſuper verbo, non tamen ex
culpis ipſis. [In his] ſ. tribus caſibus, ſubaudi, vel aliis, in quibus po
teſt habere locum conſuetudo. [De conſuetudine.] hoc ſemper
excipitur, quia dat iuriſdictionem, vt no.ſ. de offi. ordi. extra. Ro-
mana. §. j. ver. niſi Remen. eccleſia. [Nec etiam] tertium dictum,
& repete compellant, quod præcedit etiam in præmiſſis caſibus.
4 [Suorum] alias ipſorum. [Officiales.] Videbatur contra. † cum
enim conſiſtorium epiſcopi, & officialis, vnum, & idem ſit. j. de
appel. extra. Romana. videbatur, q́ vterque eadem perſona cenſe
retur, & ideo poſſet diſtringere archiepiſcopus officialem, ſicut
& epiſcopum. ſupra de offi. ordina. paſtoralis. Sed non ita eſt niſi
in his, in quibus officialis delinqueret circa cõſiſtorium dictum
ſiue officium dicti conſiſtorii, vt hic patet, & ſ. eo. §. fina. & in his
quæ notatur.ſ. de offi. vica. extra. Romana. ſuper verbo, officialẽ.
5 [Prælatos.] Ex hoc nota. q́ † perſonæ nedum archipresbyteri, ſed
etiam inferiores, puta, plebani, & rectores prælati dicuntur largo
modo, vt hic, & ſ. de offi. ordina. cum ab eccleſiarum, & præpoſi
ti poſſunt vocari. ſ. de verborum ſignificati. quamuis, ſed quo ad
hoc, vt eis cauſæ a ſede apoſtolica delegentur, non ſunt prælati,
niſi in cathedralibus eccleſiis, locum obtineant. ſupra de electi.
cũ inter canonicos, vel aliis collegiatis, & honorabilibus. quod
dic, vt notatur ſupra de reſcriptis. extra. præſenti. [Subiectos] alias

ſubditos. [Conſuetudo.] quæ & iuriſdictionem dat, & ideo exci
pitur, vt & not. ſupra proxime. ¶ [Nec ſubiectos.] quartum dictũ.
6 [Super ſalariis.] etiam in diœceſi. Rem. promiſſis quæ † promiſ-
ſio non debet eſſe de quota parte litis. C. de poſtul. ſi qui aduoca-
torum. ſed de quanta poteſt fieri, dummodo non excedat. cent.
aureos. ff. de var. & extraordi. cog. l. j. §. licita. quorum. 72. faciunt
libram auri. C. de ſuſcep. & archariis quotieſcunque. libro deci-
mo, licet nomine palmarii aliquid vltra ſtipulari poſſit. ff. de var.
& extraordin. cog. l. j. §. ſed et ſi nomine palmarii. Sed & ſi nihil
promiſſum ſit, ſed incertum, debet iudex hoc æſtimare pro ſciẽ
tia, & facundia, & labore aduocati, & cauſæ quantitate, & quali-
tate, & fori conſuetudine. ff. de var. & extraordina. cogn. l. prima.
§. in honorariis. [Aduocatorum.] qui non ſunt admittendi, im-
mo repelli poſſunt, niſi iurent ſtatim poſt iuramentum a parti-
bus præſtitum, quòd ipſi credunt ſe iuſtam cauſam fouere, & quã
cito ſenſerint deſperatam diſcedent. C. de iudic. rem non nouam
ſed ſecundum Bul. quod iuretur. l. illa cauerit. ſed in conſuetudi-
ne non habetur, quaſi innuat, quod conſuetudo illi iuri valeat
derogare, quo nil falſius eſt, ſicut enim non vellet conſuetudo,
quominus præſtetur iuramentum de calũniia a partibus.ſ. de
iuramento calumniæ. cæterum. ſic nec poteſt iubere, quominus
aduocati hoc præſtent, & ideo neutrum remitti poteſt etiam ali
qua diſſimulatione, & ſic nec tacite, nec expreſſe. C. de iuramen.
calum. l. ij. §. ſed quia veremur. immo magis compeſcendi ſunt
7 aduocati, quam etiam principales, † ſicut magis calumnioſi, &
cauilloſi. argum. C. mandati. ab Anaſtaſio. & in auth. conſtitut. q̃
ex alcrip. & libera matre. in prin. coll. v. Eſt autem ratio, quare in
talibus non valet cõſuetudo, quia laxat, & parat pericula anima-
rum, & ideo non prodeſt, vt ſ. de conſuetudine. ca. fi. & nota.ſ. de
præben. extirpandæ. [Procurator.] quamuis officium procurato
ris & aduocati hic videantur æquiparari, tamen multum ſunt
8 † † diſcrepantia quantum ad hoc, de quo hic agitur. nam officiũ
aduocati non eſt gratuitum, immo licite venditur. xi. quæſtione
tertia. non licet. 14. quæſtione prima. non ſane. ſed officium pro-
curatoris gratuitum eſt. C. de procurat. litem ergo non debet ob
hoc pecunia promitti, alias locatio eſſet. ff. mand. l. i. §. fin. Intelli-
gas ergo, quod hic dicitur, quando mandatum gratis ſuſcipitur,
nec pro eo ſuſcipiendo promittitur aliquid, ſed remuneratio fit
pro labore, nec ideo minus gratum eſt. ff. manda. ſi remuneran-
di. ſed & ſumptus poterant ſtipulari. ff. de pac. ſumptus. ſic & pres
byter pauper poteſt locare operas ſuas non ſpirituale officium,
vt notatur. de hoc.ſ. de vita. & honeſta. cleric. cum ab omni. & de
ſimo. ad apoſtolicam. [Cogant] aliquo modo, niſi infra Remen
ſem diœceſi. fuerit facta promiſſio, ſed nec tũc poteſt præciſe, ni
ſi ibidem inueniantur promittentes, vt ſequitur. j. §. ſequen. ergo
occaſione horum ſalariorum non differetur negotium princi-
pale, ſed præcipiet archiepiſcopus ordinariis, vt de ipſis faciant ſa
tisfieri competenter, & ſic adduceas pro concord. quam. B. ſigna-
uit. hic pro contraria C. de iudic. properandum. §. illo proculdu-
bio. ¶ [Contrahentes vero.] quintum dictum. [Aliarum diœce-
ſium,] ſcilicet extraneorum, non ſuffraganeorum. Vel dic aliarũ
reſpectu Remenſis, nam omnes aliæ extraneæ ſunt quo ad hoc,
de quo hic agitur, ideo ergo dicit aliarum, quia ſi eſſent de diœ-
ceſi Remenſi, & in eadem contraxiſſent, tunc tamen ratione do
micilii cogerentur.ſ. eodem c. fi. quia in inuitum redditur iuditiũ
ff. de verborum obligat. inter ſtipulantem. §. j. [Super contracti-
9 bus.] ideoque facti ſunt † de foro Remenſi ratione contractus,
& accipe contractum pro omni obligatione, etiam pro geſtio-
ne tutelæ, & curæ, & omni contractu, & obligatione, excipitur ta
men viator emens, vel vendens, cuius domicilium ſpectatur, vt
omnia hæc probantur. ff. de iudic. hæres abſens. §. j. & l. omnem.
& l. interdum. §. ſi. vel etiam ſi promiſit ſe ibidem aliquis aliquid
ſoluturum. vt ff. de eo quod certo loco. l. ij. & ſupra eodẽ. dilecti.
[Niſi inueniantur] ergo coguntur, ſi ibi inueniuntur. [inuitos.]
vbi eſt diſſenſio. nam Azo. & Ioan. dixerunt talem eſſe remittẽ-
dum, ſi tamen ſit ailbi animo latitandi, ſicut obſeruatur in deli-
ctis, quia hæc duo æquiparantur. in Auth. vt nulli iudi. §. ſi vero.
quis comprehenſorum. & ſeq. colla. ix. & vt omnes obed. iudi. §.
ij. coll. v. & idẽ ſi, vbi conuenitur quis rõne magiſtratus. C. vbi de
ratioc. l. fi. & idem in priuatis. C. vbi de ratioc. l. j. & vbicũq; de cer
tæ perſonæ cognitione p̃ſidi de mandatur. C. ne lice. poten. l. ii. &
vbi de curiali. vel coartali. l. fin. ſi vero non latitat bona, tamen
non poſſidentur. ff. de iudi. hæres abſens. §. i. Dominus meus dixit
talem non eſſe remittendum, etiam ſi latitet, ſed ſufficit, q́ bona
poſſidentur, & hæc probantur. j. eodem. §. vel ſi forte. ff. de in ius.
voc. l. ſed ſiquis. Quid ſi non habet bona? Mulcta iudici poteſt. ſm
lo. ff. ſi quis ius di. non obtem. l. vnica. Sed ſm Azo. mulcta indici
poteſt. ſiue habeat bona, ſiue non, quod & domino meo placet,
vt in d. §. ſi vero quis comprehenſorum, & in Authen. de teſti. §.
10 qm̃ ſancimus. Nunquid tali † poteſt excommunicari? Ita videt.
10 ī. de iudæis. cum ſit. † Quid ſi hæres inſtituatur excommunicatus? Non videtur poſſe capere, nec valere inſtitutio. argumen. in Authen. vt cum de appel. cog. §. generalem verſic. ꝙ ſi ſorte. & ſequen. colla. viij. etenim extraneo a fide & ſeparato a communione eccleſiæ ſacroſanctæ omne priuilegium ex legibus deſcendens, & omne beneficium denegatur, in Authen. de priuile. dot. hæred. muli. non præſtan. §. antepenul. verſi. ſed ſint eis inaggreſſibilia. ergo ſicut non poteſt eſſe in iudicio ad vtilitatem ſuam, ſic nec extra iudicium. nam ei eſt omnis participatio interdicta. xi. q. iii. excommunicatos. & ca. cum excommunicatus. & multis aliis ibi poſitis capitulis. & ī. eod. cum inter priorem. §. fina. ergo ex quo generaliter loquitur, generaliter intelligendum eſt. ī. de ſenten. excommunica. cum deſideres. reſpon. primo. ad fin. & patet in his. quæ no. ī. de officio ordi. extra. Romana. Si igitur dices, quod poteſt facere teſtamentum, da ius expreſſum contra regulam, vel contra in eo, quod legitur, & notatur. ſupra, de tranſlat. epiſco. inter corporalia. §. ſed neque. Nec enim valet, quod allegatum eſt de prouiſione hæredum. ī. eo. verſic. patet. quia illud locum habet quando teſtator non eſt odioſus, ſed fauorabilis. alias bene eſt, vt puniantur in hæredes. argu. ſupra. de fil. presbyte. literas. & ff. quod metus cauſa. iſti quidem. Nec valet, quod ibidem not. de eleemoſyna: quia nec licet ab eo recipere, nec etiam cum eo contrahere, niſi in neceſſitate, vt probant iura inducta. ī. de ſententia excommunica. inter alia. §. illud. quæ nec legem habet. ī. de reg. iur. quod non eſt licitum. Si dicis. ꝙ contrahere poteſt, & alium ſibi obligare, proba. quia contrarium innuitur in dicta litera. & ſupra, de dolo & contu. veritatis. §. fina. & ī. de ſententia excommunica ſi vere. quæ ſupra in contrarium allegantur. Nam
11 ibi bene innuitur, quòd tenet contractus, † ne alius non excommunicatus contrahens ſit in damnum, & ne excōmunicatus de ſua culpa commodum ſentiat, ergo innuitur, quod ſi contrarium eſſet, ius nullatenus ſubueniret, ideo potius videtur dicendum, quod ſi excommunicatus extra iudicium aliquid faciat tanquam priuata perſona, indiſtincte valet in detrimentum ſuum, ſed ad vtilitatem ſuam nihil facere poteſt. ad hoc faciunt quatuor conſiderationes ſupradictæ. Si vero tanquam perſona publica, vel in iudiciis tāquam priuata, & erat occultus, valet quod agit, ſiue pro ſe, ſiue contra ſe. argu. ſupra, de procuratoribus. ca. fina. ī. de ſententia & re iudica. ad probandum. ſupra eod. exceptionem. & eſt expreſſum. ī. eo. §. ſi vero poſtmodum. & ſequen.

Idem

Idem ſi manifeſtus,ſed probari non poteſt,vt ibidem,quod de no
uo inductus ſecundum quoſdam. Vel poteſt aliter intelligi, vt
no.j.§.ſi.ſuper verbo,non minus. valebit ergo inſtrumẽtum ab
excommunicato factum,ex quo occultus eſt. ſ.de procuratorib.
c.j.Sed ſi notorius ſit,non valebit.& ſic intellige in.q.iiij. notoriũ
12 etiam excommunicatum,Iudex † etiam ex officio ſuo repellere
poteſt,vt ſ.e.§.ſi.& ſ.co.exceptionem.& accedit ad hoc.ff.de offi.
præto.Barbarius.C.de teſta.l.j.Valet ergo ſententia ab excommu
nicato occulto lata,& inſtrumentum ab eo factum, & hoc pro-
pter authoritatem rerum iudicatarum,& ne contrahentes deci-
piantur,vt in dictis iuribus.& ff.ad Maced.ſenatuſcon. l.iij. & q2
citius obiicitur contra aduerſarium,quam contra iudicem, & ſi
non noceat, ſi non obiiciatur aduerſario, non tamen nocet, ſi
non obiiciatur iudici,vnde & ſi iudex ſit publice excommunica-
tus,ſententia non valet.ſ.de re iudica.ad probandum.ſecundum
dominum noſtrum.ſ.de probationibus.ſi iuſtus metus. Sed nos
dicimus idem etiam ſi actor ſit publice excõmunicatus.Nec va-
let ſententia,etiam ſi reus hanc exceptionem tacuerit,quis,ſi hoc
malitioſe tacuerit,cõdemnandus ſit in expenſis.ſ.de excep.exce-
13 ptionem.†Quid ſi excommunicatus ſit inſcriptus teſtis in inſtru
mento? Videtur,ꝙ propter hoc vitietur.arg. ſ.de procuratoribus,
c.ſi.Dominus noſter. ꝯ dũmodo non ſit alias ſuſpectum inſtru-
mentum,nam ſi ſuſpectum eſſet,non poſſet comprobari per te-
ſtem nunc excommunicatum. Si vero eſſet abſolutus nunc, li-
cet tunc eſſet excommunicatus,quando fuit inſcriptus,non no-
cet.ſecundum dominum noſtrum:ergo & in iudicio,& extra iu
dicium eſt excommunicatus regulariter expellendus. Excipitur
tamen is,qui dicit ſe excommunicatum poſt appellationem le-
gitimam,qui pendente appellationis articulo (in quo admittit.
ſ.e.ſignificauerunt.& c.venerabilem) in omnibus aliis iudiciali-
bus euitatur,ſed in extraiudicialibus eſt nihilominus admittendus.
& per hoc ſatis colligitur, ꝙ alias eſt omnis ſibi participatio in-
terdicta.j.de ſententia excom.extra. ſolet. §.ſi.vbi de hoc.de hoc
dic etiam,vt notatur in Summa de ſententia excommunica. §.
& quæ ſit pœna.ſub.§.quid ſi teneor. ver. ſed quid ſi dum aliquis
eſt excommunicatus. Item cuilibet excommunicato, ſi grauetur,permittitur appellare,& appellationem ſuam proſequi. ſ.eo.
14 dilecti.dilectæ.ſignificauerunt.Quid ſi excommunicatus,†vel ſu
ſpenſus ab homine quantumcunque occultus ſacramenta eccle
ſiaſtica conſert? Et quid ſi nunquam probetur excommuni-
catio, iudicium relinquimus ſoli Deo.vj.q.j.ſi omnia.ſ.de ſimo-
nia.ſicut tuis. in ſi. ſed quo ad probabiliter ignorantes omnia in
Chriſti fide purgantur, ex quo fides non deficit ſacramenti.ſ.de
coha.clerico.& mulie.veſtra.ſ.de presbite.non bap. c.ij.& iij.ſ.de
cler.excommunica.miniſtran.apoſtolicæ. veritate autem proba
ta apparet in ſacramentis quo ad executionem, & in beneficiis
indiſtincte,collationem nullam retro fuiſſe. ſ.de conſuetudi. cũ
dilectus.§ quia nobis.cum ſuis cõcordantiis.vbi de hoc.Nec cur
ſu temporis conualeſcit.quia in talibus initium eſt ſpectandum,
vt legitur,& notatur.ſ.de elec.dudum.j.§.cum autem. niſi diſpẽ-
ſatio intercedat.ſ.de elect.illa.ſ.de ordi.ab epiſc.qui renun. epiſc.
c.j.in ſi.& c.ij.vbi de hoc.Nec obſtat,ꝙ ſententia lata ab excom-
municato occulto tenet.ſicut innuitur. ſ.de ſententia & re iudi.
ad probandum.nam & ſi dicamus, ꝙ publica communia, quæ
ſcilicet poſſunt cadere in laicum excommunicato occulto (vbi
nullum ſibi affertur commodum)concedantur,non tamen idẽ
dicemus de publicis eccleſiaſticis,ſiue ſpiritualibus,quæ ex officio
eccleſiaſtico,vel ordine pendent.arg.in eo,quod legitur,& nota.
ſ.de arbit.contingit.24.q.j.audiuimus.& c.ſequen.81.diſtin.eos.
& c.præced. ſ.de appellationib. paſtoralis.ad ſi. [Rubore ſuffuſi.]
alias confuſi.ex eo ꝙ ſic arcentur, & generaliter nedum in ſpiri-
tualibus, ſed etiam in temporalibus, & ciuilibus euitantur [Ad
humiliantibus]quia ſola vexatio dabit intellectum. Iſa. [Affe-
ctum]quia magis appetent reconciliari.& facit hoc multum
ad id,quod notatur in Summa de ſenten.excommunicatio.§.&
quæ ſit pœna. ſub.§.ſed quid ſi teneor.verſic.tu teneas. ¶ Sed ho-
minum]Secunda pars[Malitia]quæ ſemper creſcit.xij.q.j.omnis
ætas.in Auth. de nup. §. miſiores. coll.iiij. [Quod prouiſum eſt]
ſic.xlv. diſtin.licet.ij.ſ.de tranſla.epiſcopi.inter corporalia. §. ſi.ſ.
de priuilegiis.ꝙ nonnullis.ad ſin.[Noxam]i.delictũ.de hoc. j.de
homicid.extra.pro humani.§.j.[Dum enim]alias cum enim.&
eſt melior litera[Eccleſiaſticis] quia & in illis & earum occaſio-
ne frequentius promulgatur. poteſt tamen, & pro aliis promul-
gari.ſ de iud. nouit.& patet in his quæ not. ſ.qui fil. ſint legiti.per
venerabilem.§. rationibus[Opponitur]& admittitur coram iudi
cibus eccleſiaſticis,tamen alij parum curant, tamen leges ma-
gnam vim faciunt,vnde & dicitur in conſtitutionib. feudo.hic fini-
tur conſuetu.regni.ca. domino guerram. quẽadmodum domi-
num excommunicatum, vel bannitum a Rege non eſt obliga-
15 tus†vaſſallus ad adiuuandum, vel ſeruitium ei præſtandum,im-
mo abſolutus eſt interim a ſacramento fidelitatis, niſi ab eccle-
ſia,vel a Rege fuerit reſtitutus,& comprobatur hoc. xv. q.vi. nos
ſanctorum.& c.alius.& ſ.de pœniten.c. ſi. & ſecundum iura au-

thentico habet archiepiſcopus poteſtatem concilium prouincia
le conuocandi, vt eccleſiaſticus ſtatus & ſacræ regulæ diligenter
cuſtodiantur.& ſic faciant ſtatuta ſua, & vt puniant quãcunque
perſonam circa prædicta delinquentem, vt in Authen. de ſanct.
epiſcopis.§.vt autem omnis eccleſiaſticus.colla.ix.quod & proba
tur ſ.de accuſationib.ſicut olim. & idem probant aliæ leges in-
ductæ ſupra in ver.quid ſi hæres inſtituatur alias inſtitutus.& Lo
16 tharius Imperator conſtituit, vt ſeculares † iudices diſtringant
excommunicatos contumaces,vt in Lombarda.de decimis.l.de
decimis.& l.ſi.& iij.Sed & ſi opponatur coram iudicibus ſecula-
ribus,admitti debet hæc exceptio, & remitti ad epiſcopum diffi-
niendam.ſ.de ordi.cogn.tuam.quia quo ad talia ſacri canones etiã
ſecundum ſanctiones legitimas ſunt ſequendi in Authen. quo.
oportet epi.§.j.colla.v.no.ſ.ſecun.nup.c.pen.& ſi. [Differri]con-
tra iura.ſ.de dolo & contu.finem. & c. venerabilis. C. de ſide in-
ſtrumen.l.ſi.ad ſi ff.ſi cer.pet.quidam æſtimauerunt[Laboribus]
quod vitandum eſt.ſ.de appellationibus.vt debitus[Proinde]ver
ſic.[Morbus]ideſt malum,ſiue peccatum,ſiue vitium,ſiue mali-
17 tia,†peccatum enim eſt morbus animæ.ſ.de pœniten.cum infir
mitas.ſi.ſ.de reſcriptis.ad hæc ſumus.ſ.de iuramento calum. cæ-
terum. j.de appellationibus extra.legitima. §. j. [Communem]
ſcilicet inter omnes quaſi indifferenter[Irrepſit].i.latenter inua-
luit[Medelam].i.conſtitutionem generalem.ſ.de conſtitu.c.fin.
¶[Si quis igitur]Tertia pars[Opponit] in quocunque iudicio ec-
cleſiaſtico, vel ſeculari in modum exceptionis,nam in ſeculari
in modum actionis opponi non poſſet[Speciem]vtrum ſit ma-
18 ior,vel minor,†& vtrum a iudice,vel a canone, & a quo lata ſit,
cum plures ſint,& diuerſæ defenſiones, ſiue replicationes com-
petant.arg.ſ.de libel.obla. ca.ij. & iij.& ideo ſequitur[Et nomen
excommunicatoris] & canonis,quia idem iuris eſt. Alias excõ-
municationis: quod vtrunque concludit. & ꝙ canon ſpecifican
dus ſit,habes ar ſ.de ſtatu.licet Heli.& de ſententia excommuni-
ca.quod in dubiis.& c ſequen.& eſt ſimile, quod dicit lex in do-
lo.addens, ꝙ in tanto crimine non oportet vagari. ff. de dolo. ſi
ex dolo.§.ſi.& l.ſequen.ff.de iniur.prætor edixit. reſpon.j. & arg.ſ.
de reſtitu.ſpoliato extra.frequens.& de teſti. extra. ad hęc præſen-
tium. §.teſtes etiam.& ſequen. [Eam tenui]alias excommunica-
tionem[Deferre] ideſt proponere debere,& non aliam [Notio-
nem]alias notitiam. id eſt in iudicium, in quo debet fieri fides.
19 [Infra octo]quaſi dicat claram,& manifeſtam.†hæc enim, quę
infra octo dies probari poteſt,notoria dicitur.j.de ſententia excõ
munica.extra.ſolet.§.in prima. Ergo ſi non habeat probationes
paratas,taceat,etiam ſi epiſcopus ſit.vj.q.ij. ſi tantum.& cap.pla-
cuit.& ſecundum hoc intellige.ſ. de officio delega. prudentiam.
§.ſextam. Sed quare non dantur hic. xv. dies. ſicut & ſ.de reſtitu-
tione ſpoliator. extra. frequens.§.ſed ſi in ciuilibus? Reſpon. De
ſpoliatione(de qua ibi loquitur)non conſueuit fieri inſtrumen-
tum,ſed de excommunicationis ſententia non ferenda a iudice
hodie,niſi in ſcriptis. j. de ſententia excommunica. extra. cum
medicinalis. datur ergo in excommunicatione breuior termi-
nus,quia de ipſa facilius conſtare poteſt. ff.de pign. contrahitur
ad ſi.& ideo probatur per literas. ſ. de probationibus,poſt ceſſio-
nem.Quare ergo non datur prolixior quo ad ſententiam cano-
nis,cum nec ibi fiat ſcriptura? Reſpon. Quia hæc duo ſimul iun-
guntur,& ſimul ab eodem,& ex eadem cauſa conſtituuntur, &
ideo quod de vno dicitur. neceſſe fuit, vt de altero intelligeretur.
ſ.de conſtitu.tranſlato.Nam nec in primo oportuiſſet conſtitue
re terminum tam prolixum.Sed quid ſi hoc opponitur in curia,
nunquid & ibi facienda erit probatio? Ita videtur arg. ſ.de priuil.
cum olim eſſemus.§.j.ver.quas ſub eo tenore. Vel dic, ꝙ de hoc
non eſt nobis quęrendum, quia ſuum conſilium ſufficit ſibi. ſ.
de ſententia excommunica mulieres. §. j. & c.cum illorum.re-
ſpon.primo.verſi.ſi.verum tamen eſt, quòd ibi dantur ſolũ octo
20 dies.Sed & ex cauſa, † & etiam ſine cauſa poſſet Papa terminũ
prolixiorem dare,& etiam abbreuiare.arg. ff. de re iudica. l.ij. &
in eo,quod legitur, & notatur. ſ. de dila.ca.j.Sed nunquid, quod
hic dicitur eſt regulariter intelligendum.ſcilicet ꝙ octo dies den
tur tantum ad probandum excommunicationem obiectam? Re
21 ſpon.†Immo diſtingui debet,vtrum proponatur in modum dila
toriæ vel peremptoriæ. Vbi enim in modum peremptoriæ pro-
ponitur,vt ſi dicatur electionem non tenere,quia ab excommu-
nicato,vel de excommunicato eſt celebrata, maius tempus da-
bo,vt ſ. de conſuetudi.cum dilectus.§.quia nobis.ſ.de elect.cum
inter.R.ſeniorem.§.ſi.ſ.de æta.& qualitate.cum bonæ.lij.q.iiij.cõ
22 ſanguineorum Sed cum†in modum dilatoriæ opponitur: tunc
abbreuiatur, vt hic. & j. de ſententia excommunicatio. extra.
ſolet.§. prima.ſ.de officio delega.prudẽtiam.§.ſexta. & eſt triplex
ratio diuerſitatis.Prima eſt,quia per dilatoriam magnum gene-
ratur præiudicium,vnde & in ea magis eſt ſubueniendum,vt pa
tet.C.de preci.Imperato.offe.l.quoties.Secunda.quia dilatoria ſę
pius conſueuit opponi malitioſe,quam peremptoria, vt patet.ſ.
eo.reſpon.primo.ſ.de reſtitutione ſpoliato.extra. frequens. Ter-
tia,quia & ſi præſumatur,ꝙ peremptoria malitioſe proponatur,

conſueuit

conſueuit tamen apponi pœna, ſi in probatione deficiat ſecun-
dũ conſuetudinẽ curię generalem, non ſic de dilatoria, & de hoc
notatur. ſupra. de dolo & contuma. finem. Quid ſi per iudicem,
23 vel per malitiam † aduerſarij ſteterit, quod excipiens non potuit
probare exceptionem hanc infra octo dies? Reſpon. Dicunt qui-
dam quod nihilominus procedetur, vt hic. Tu dicas, quod ſub-
uentiendum eſt, & iterum dilatio erit danda. arg. ff. de iudica. l. ij.
& in Authen. de his qui ingre. ad appella. §. quia enim & præce-
den. colla. v. infra de re iudica. cum Bertholdus. §. poſt modum.
infra de appellationibus: ex ratione. [Minime computato.] ſic.
ſupra de reſtitutione ſpoliato. extra. frequens. §. ſed cum ciuili-
bus. & ff. ſi quis cautioni. l. j. Aliud in decem diebus, qui dãtur
ad appellandum, in quibus computatur mora probationis ſen-
tentiæ. ſupra de ſentẽtia. & re iudica. quod ad conſultationem. &
idem erat ſecundum vetera iura. ff. quando appellan. ſit. l. j. §. bi-
duum. & §. fi. ij. q. vj. biduum. & ca. propter ſuperfluam. 4. q. 5. quiſ-
24 quis. Sed nunquid in † octaua die poterit hoc probari, cum hic
dicat infra? Sic. Nam & maritus infra lx. dies debet accuſare. ff. de
adulte. miles. § lx. & l. ſi cuius §. ex ſenatu. & tamen in ſexageſima
die admittitur. ff. de adulte. l. pater. § lx. Sic & bonorũ poſſeſſio ſ.
diem centeſimum peti poteſt, & in die centeſimo admittitur pe
tens. ff. de ſucceſſorio edict. l. j. §. quod dicimus. Simile. ff. de verb.
obliga. qui ante calendas. [Apertiſſimis] .i. indubitatis & claris. C.
de proba. l. fina. ij. quæſtio. viij. quiſquis. [Documentis] .i. teſtibus,
vel inſtrumentis. ſupra de teſti. cogen. peruenit. j. quam exceptio-
nem ſic oppoſitam ſi non probauerit aliquo modo, vel aperte,
ſuprà mutit. [Iudex] quaſi interloquendo, quod nõ obſtãte illa ex
ceptione, quæ probata non eſt, in principali debet procedere. Sed
25 quid ſi & iudici hæc † exceptio opponatur ſic. Domine coram vo
bis non teneor reſpondere, vel aliquid probare, quia eſtis excom-
municatus tali excommunicatione, quis cognoſcet de hac ex-
ceptione? Ordinarius ſuperior, ſi proximus ſit, quia reus excipen
do actor factus eſt. ff. de excep. l. j. ergo ſequatur forum rei. ſupra
de foro competẽ. cum ſit generale. Alioquin cum in hoc articu-
lo iudex merito ſit ſuſpectus. arg. C. de oſti. aſſeſſo. nemo. ſupra de
offi. delega. ſuſpicionis. ad arbitros recurratur, vt ibi. & infra de ap
pel. extra. legitima. igitur ſi hoc obiicitur iudici a ſede apoſtolica
delegato, arbitri eligendi ſunt, ſicut & ſi recuſaretur, vt ibi, quia
eadem eſt ratio, & idem ius ſeruari debet, cum neque aliter va
leat iuriſdictio expediri, vt notatur. infra de appella. extra legitima.
ſuper verbo, ſecundum formam iuris. [In cauſa] &c. [Reum] .i.
excipientem, & in probatione deficientem. ſupra. de dolo & contu.
finem. [Actor] originaliter vel occaſionaliter. [Diebus illis.] à tẽ-
pore, quo propoſita fuit exceptio, quouſque procedatur in princi
pali, quia tantum fuit impeditus, ſupra de procuratoribus. audi-
tis. & de dolo & contu. cum dilecti. in fi. [Docuerit.] proprio iu
ramento, vt notatur ſupra de elect. extra. ſtatuimus. §. adiicientes
[Præhabita.] per iudicem. [Taxatione] congrua, & veriſimi i con
ſiderata qualitate perſonę & familię ſupra de procuratio. cum pro
cauſa delicãda non nimis, neque luxurioſa, ſiue ſuperflua. ff. de pi
gnor. act. ſi ſeruos pignoratos in fine. & ff. de dam. infect. ex dãni
[Condemnans] niſi errore probabili excuſetur, infra de ſenten.
excommunica. ſacro. §. ij. & penult. ¶ [Si vero poſt modum] 3.
pars. [Iudicij.] per diffinitiuam ſententiam non finiri, vt ſequitur,
26 & non triennium quæ nõ † habet locum in foro canonico, vt ſupra
de iudi. venerabilis. Et eſt ratio, quia cum in eo ante diffinitiuam
ſententiam appellatio indifferenter ex cauſa probabili admitta-
tur, & ſic ipſa inſtantia iudicij, vltra triennium differatur, non
poteſt ibi locum habere lex. C. de iudi. properandum. ſed in ciuili
tantum in quo regulariter ante diffinitiuam ſententiam neque-
unt appellare. infra de appellationibus. ſuper eo. ij. [De eadem]
iam propoſita ſic ff. de ede. argentarius. vel alia de nouo ſibi exor-
ta. ſupra. eo. paſtoralis. [Areo.] originaliter: ſed actore excipiendo.
ff. de exceptio. l. j. ff. de probationibus. in exceptionibus. [Et probe-
tur.] infra viij dies. vt ſupra. [His.] ſcilicet actis omnibus. [Præceſ-
ſerunt.] probationem factam. Per hunc ergo & ſequentem. §. a-
perte noſtra opinio comprobatur. de qua notatur in Summa de
procurato. §. quis dari. verſicu. ſi vero. hic autem aliquid aliud
ſuppleri oportet ſecundum quoſdam, quod non placet, vt pa-
tet in ſequen. glo. [In ſuo robore.] quod habuerunt, & habent,
27 & habebunt. non obſtante, quod cum excommunicato factum
eſt, etiam ſi publice erat excommunicatus, dummodo non
potuerit fides fieri, quia quo ad hunc iudicem coram quo
actum eſt, & quo ad id quod actum eſt, etiam ſi poſtea de ex-
communicatione hac fiat fides, omnino occultus reputatur, &
hoc eſt verum quantum ad actorem, vel reum excommunica-
tum, ſecus in iudice, qui ſi publice excommunicatus ſit, non va-
let ſententia ipſius, ſi poſtea detegatur excommunicatus. ſ. de ſen
ten. & re iudica. ad probandum. Et eſt ratio quare aliud eſt in iu-
dice, quam in partibus: quia iuriſdictio non cadit in excommu-
nicatum. & ſic ſententia talis nulla eſt. cum nullam habeat iuriſ
dictionem, nec tenet ſcriptura, quia nec aliter valet. ij. q. j. in primis:
quia ex quo damnatus eſt auctor, damnata eſt eius ſcriptura. ſu-
pra de hæreticis. fraternitatis. & ca. excommunicamus. §. creden-
28 tes. Secus in partibus, quibus † poteſt imputari, ſi non obiiciant
excommunicationem. Si autem reus obiicit, & probet, repelli-
tur, & reus a proceſſu iudicij abſoluitur, ſed non ab eo, quod pe-
tebatur ff. de iudic. l. non idcirco. §. cum poſtea. ſecundum domi
num noſtrum Non placent ſupradicta. vt patet in his, quæ no.
ſupra eo. ſuper verbo, a ciuilibus. & dic, vt ibi: nam idem poteſt
probare & de actore, quia litis conteſtatio non fit ſine libello, vt
ſupra de libel obla. ca. j. ergo ex quo damnatus eſt auctor libelli,
damnatus eſt libellus, & ſic litis conteſtatio, ſic & proceſſus ſupra
de lit. non conteſta. ca. vnico. Dicas ergo, quod idem eſt in iudi-
ce actore, & reo, vt patet in his, quæ not. ſ. eo §. fin. & quod ſenten
tia occulti excommunicati teneat, & non publici. ff. de officio
prætor. l. j. Et hoc eſt verum ſalua ſententia excommunicationis,
quam puto nullam, ex quo ab excommunicato lata eſt quan-
tumcunque occulto, dummodo poſtea detegatur. Et eſt ra-
tio, quia cum ſit extra communionem eccleſiæ non poteſt habe
re hanc poteſtatem. xxiiij. quæſtio. j. audiuimus. & cap. ex parte.
[Prouiſo.] verſicu. [Quod vltra duas.] ſimile ſupra de procura-
toribus. cap. j. & de teſti. licet dilectus. ſupra de appellationibus.
ſua nobis. ff. de dila. l. fin. [Hæc.] ſcilicet excommunicationis
29 exceptio in genere, non dico hoc † proponi bis, quia ſic con-
tradiceret, quod ſequitur, vel euidens, & prompta. Vel dic,
hoc in genere cum dilatione, niſi noua &c. vel hoc etiam in
ſpecie, niſi euidens &c. ſine dilatione. vt infra notatur. [Noua]
id eſt de nouo promulgata, & ſic de nouo orta fuit ſupra de
officio delega. inſinuante. [Emerſerit.] in quo caſu adhuc bis ad-
mittetur ad probandum, non tertio, vt ſupra, quia eadem ratio,
ergo idem ius, niſi videretur iudici hoc malitioſe proponi. ſupra
de dolo & contu. finem. [Vel euidens & prompta] ita quòd non
petat dilationem aliam, ſed habeat probationes paratas, ita quod
dicere poſſit, hodie conſtet, hodie agamus. ff. vt in poſſeſ. lega. ſi
is a quo. reſpon. j. ff. ad exhiben. l. ij. §. ibidem. ſupra de reſtitutio-
ne ſpoliato. literas. § præterea. & de teſti. veniens. ij. §. j. [Superue-
nerit.] de quibus, ſi neceſſe fuerit, fidem faciat iuramento ſupra
eo. paſtoralis. Vel dic, quod hoc non eſt neceſſe. ex quo probatio-
nem offert ſupra eo. exceptionem. [Antiqua] iam bis propoſita
diximus. ſupra quod hæc exceptio iterum poteſt opponi duran-
te iudicio & ſic videtur a contrario, quod ſententia lata opponi
non poſſit, ideo ſequitur. ¶ [Sed.] quinta pars. ſubaudi. non ita eſt,
immo. [Et ſi poſt rem iudicatam] id eſt diffinitiuam ſententiam
[Talis] ſcilicet excommunicationis. [Proponatur.] ſubaudi dici-
mus, quod admittatur. [Executionem] &c. Eſt ergo hic expreſ-
30 ſum argumentum, quod † executor merus admittere debet ex-
ceptionem excommunicationis, alias appellari poteſt, vt hic. &
xj. quæſtio. iij. cum excommunicato. Secundo poteſt opponi co-
ram eo, quod nouatio facta eſt ff. de re iudica. l. iiij. § ſi ex con-
uentione. Tertio, quod facta eſt tranſactio poſt ſententiam. ar-
gu. ff. de in ius vocan. neque. §. j. Quarto, quod ſententia lata eſt
per falſos teſtes, vel falſa inſtrumenta. C. de procurato. licet. ſupra
de probationibus. licet. §. penult. ſupra de cri. fal. ſuper eo. Quin-
to, quod male interpretatur ſententiam, ff. de appellationi. ab
executore. Sexto, quod aliquid doloſe facit. ff. de nego. geſt. l.
ij. §. ſi executor. Septimo, quod excedit formam ſibi commiſſam
ſupra de ſententia & re iudica. quod ad conſultationem, in fi.
& ſupra de officio ordina. irrefragabili. §. vt autem. Octauo:
quia per doloſam allegationem obtinuit, vel is, contra quem
lata eſt ſententia, iuſto impedimento detentus fuit ff. de in-
di. l. ſi prætor. §. fin. alias eſt. l. ſi per dolum. ſupra de ſententia &
re iudica. cum Bertholdus. §. poſtmodum. Nono admittitur
generaliter alia, ſi qua occurrit rationabilis exceptio vt patet
in eo, quod legitur, & notatur ſupra de clerico excommuni-
ca. miniſtran. illud. reſpon. i. verſicu. j. Has exceptiones admit-
31 tere † debet iudex, alias executor quantumcunque expreſſã
ſcribatur ſupra de officio delega. ex parte. ii. & hoc ſummarie
examinabit. ff. de re iudica. diuus. ff. de cuſto. & exhib. diuus.
ff. de iudic. prætor. ſed non pronunciabit ſupra de officio de-
lega. paſtoralis. §. quia vero, immo remittet partes ad dele-
gantem, qui hoc determinet, ex quo eſt verus executor, &
ſic intellige. xxv. quæſtio. ij. §. & ſi non cognitio. infra de ſen-
ten. & re iudica. de cætero. C. de exceptio. rei iudica. ſi vt pro-
ponis. quod dic, vt plene notatur ſupra de re iudica. quod ad
32 conſultationem. §. fin. Quod ſi mixtus † ſit executor, nedum ſu-
pradictas exceptiones, ſed & quãlibet aliam rationabilem admit-
tet, & examinabit, quinimmo & determinabit. C. ſi ex fal. inſtru.
l. fina. ſupra de ſtatu & qualitate. accepimus. ſupra de reſcriptis.
contingit. ſupra de offi. delega ex parte. ij. & de hoc notatur in
Summa de officio delega. §. quæ delegari. verſicu. finis. & ſequen.
[Impediat] .i. retardet, vel differat, alias impediret. [Non minus.]
ſupple. niſi excommunicatio notoria eſſet, & ſi non corrigitur con
trarius ſenſus. ſupra de ſententia & re iudica. ad probandum. ſ.
eo. exceptionem. & ideo iterum ſequitur, eo tamen ſaluo &c. Vel
dic, vt ſupra notatur reſpon. primo. ſuper verbo, excludantur ſed

hoc magis placet, vt patet in ſequen.glo.[Obtinebit]quam obtineret, ſi tempore ſententiæ non eſſet excommunicatus, ex quo occultus erat, nam ſi eſſet publicus ideſt notorius, non valeret ſententia neque proceſſus, vt probatur a contrario ſenſu.ſupra de ſententia & re iudica.ad probandum. ſupra eo.exceptionem.ſupra de procurationibus.ca.fina. & ſic poteſt intelligi.ff.de iudiciis, non idcirco § ſi quis poſtea.cui contrario ſecūdum gloſſam aliorum ſufficienter reſponderi non poteſt.hoc expreſſius probatur ſupra de reſcriptis extra.ipſo iure. ſed pauci habēt.Et vt ſcias hunc verum eſſe intellectum ſtatim ſequitur. ¶Eo tamen ſaluo]&c. vj.pars.quaſi dicat omnia ſuperiora intelligas in excommunicato occulto, nam ſi publicus eſſet, nullus eſſet proceſſus, vt ſupra eo.exceptionem. ideo ſubaudi. infra[Publice.]non valeat pro-
11 ceſſus † habitus cum eodem in his quæ tanquam actor egit, & pro ipſo faciunt. Secus ſi reus eſſet in cauſam abſolutionis. arg. ſupra eo.cum inter priorem. in fine. Et eſt ratio, quare non valet proceſſus in fauorem ipſius, quia odioſus eſt, & in pœnam delicti ſui & contumaciæ hoc dicimus tenendum eſſe, reo autem non debet obeſſe delictum ſuum. arg. C. de inoffic. teſta.ſi quis in ſuo cui nec debet obeſſe taciturnitas, quia non habebat probationes paratas.ij.q.vij.plerunque.Caueat tamen, quòd hoc proteſtetur, ne videatur doloſe tacere.ſupra eo.exceptionem. & ca. paſtoralis. Et eſt ratio quadruplex, de qua dixi in principio, nam omnes dicimus excommunicatum vitandum, & ideo, ſi diceremus, quod valeret id, quod facimus cum publico excommunicato, ſcandalizarentur inde homines, penes quos eſt publicatus, & minus timerent cenſuram, ſed per hunc intellectum inducentur ad reuerendum cenſuram eccleſiaſticam & abſolutionem citius impetrandam videntes, quod ex quo aliquis eſt excommunicatus, & publicatus in vna eccleſia excommunicatus intelligitur apud omnes, quod eſſe debet.iij. quæſtio.iij. omnes quos.& ca.præceden. iiij.quæſtio. v.quiſquis. xj. quæſtio. iij.ca.ij.& iij.ſupra de ſenten.excommunica.officio. ſicque obedientia prodeſt humilibus, & contemptus obeſt contumacibus, & elatis.ſupra de poſtula.prælato.cap j.§.ne igitur In occultis autem hoc non imminet periculum, de quo nec eccleſia iudicare debet.ſupra de ſimonia.ſicut tuis.in fi.ſupra de cohabita. clericorum & mulie.veſtra.Procedet tamen iudex, quamuis dicatur excommunicatus publicus, ex quo non poteſt fieri fides. [Et ſi hoc iudex nouerit.]puta, quia audiuit fieri ſolemniter in eccleſia denunciationem, vel quia ei fides ſit probatione oblata, & parata quandocunque ideſt ante ſententiam, vel poſt, etiam ſi executioni mandata ſit ſententia, ex quo excommunicatus notorius erat, vt infra eo.ſecus in occulto.vt ſupra.§ j.Hoc intelligas, niſi pars rei abſtineat, alias ſuſtineat, vel appellet. ſecundum ea quæ notantur. ſupra eo.ſuper verbo, excluduntur. ad fi.[Et ſi de hoc reus non excipiat. [timens condemnationem expenſarum, & ideo non in formam exceptionis, ſed proteſtationis tantum hoc
14 proponat, vel etiam omnino ſileat. [Iudex]&c.ſcilicet in illo caſu, quando audiuit denunciationem, & alio poſt probationem. [Actorem.]non reum, nam ille poteſt defendere ſe, ſupra eo. cum inter priorem.& de iud.intelleximus.[Ex officio ſuo]etiam ſi nihil opponatur, vt dictum eſt, cū hic vertatur periculum animæ.ſupra eo.exceptionem. ſupra de elec. cum nobis olim.§.penulti.[Repellere.]ſi adhuc durat iudicium, & ſi iam lata ſit ſententia, abſtinere ab executione, & ſi executum fuerit id etiam reuocare.[Non poſtponat.]vt chriſtiani timentes ſaltem incommodum temporale, ex quo deuitati ſunt per eccleſiam circa abſolutionem petendam, nec dormiant, nec dormitent, quod multi faciunt, ſupra de conceſſio. præben. quia diuerſitatem. ſupra de pœnis.ca.fi.

¶ De ſententia & re iudicata. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Tribunal quid ſit, & quot modis dicitur. & nu.2.*
3 *Reus dicatur a reatu quando continuetur, a re uero quando non.*
4 *Iudex æternus non erat.*
5. *Prudens quæ facere debeat.*
6. *Inimicus non poteſt eſſe teſtis, vel iudex.*
7 *Iudicium peruertitur odio fauore, timore, & præmio, & quandoque ignorantia. & nu.13.*
8 *Iudicare qui recte vult ſtateram debet habere in manu.*
9 *Iudices ſicut iudicabunt ita a Deo iudicabuntur.*
10 *Iudex qui male iudicauit, quam pœnam incurrit, & numero.15. & 17.*
11 *Iudex debet iudicare ſecundum conſcientiam iuris.*
12 *Iudex nec in arbitrarijs plus debet facere vni, quam alij.*
14 *Beneficio an ſit priuatus, qui eſt priuatus officio.*
16 *Pœnæ ſpecies non extenditur de vna ad aliam.*
18 *Delinquens in pluribus, & plures offendens grauius punitur.*

CAP. PRIMVM.

CVm æterni. Monentur omnes iudices, vt in omnibus proceſſibus ſuis, maxime in concipiendis ſententiis omni remoto odio, fauore, timore, & præmio. ad ſolum Deum oculos dirigentes ſecundum ius & conſcientiam non differant iudicare. Quod ſi in grauamen partis alterius contra conſcientiam.& iuſtitiam aliquid fecerint per gratiam, vel ſordes, ſciant ſe ab executione officij ſuſpenſos per annum integrum ipſo iure, in æſtimationem litis condemnandi nihilominus parti læſæ. Sciant etiam, quod ſi ſuſpenſione huiuſmodi durante diuinis ſe ingeſſerint, irregularitatem incurrent, circa quam non poterit quis cum ipſis citra ſedem apoſtolicam diſpenſare. Nec per hoc intendit dominus Papa contra tales pœnalem conſtitutionem promulgatam reuocare. [æterni]ideſt Dei viui. ſupra de Summa Tri-
1 nita. capitulo primo. [Tribunal]ideſt locus, in quo ius redditur, ſiue in quo iudex pro tribunali ſedet, qui ſic appellatur quoad magnos iudices, qui maiores cauſas habent determinare. ff. de iudi.l.j. C.vbi & apud quem. l.fin. poſt principium. Vocatur & auditorium quoad Imperatorem, & cōſiſtorium quoad Papam. ff. de minori. §. denique. & ſequen. & ſupra, de reſtitutio in integr. cum ex literis. §.j.verſicu. & ſecundum. & quo ad alios maiores iudices. ff. de re iudica. contra pupillum. §.is quis. Ideo & dicitur conſiſtorium, ſiue auditorium. infra de appellationibus. extra. Romana. reſpond. j. Dicitur. & prætorium, ſiue ius, tracta ſignificatione ab eo, quod
2 fit in eo, quod fit. ff. de iuſtit.& iur. l. penultim. † Appellatur etiam forus infra de verbor.ſignificatio. forus & poteſt iſlocus appellari forum, quando comprehendit terminos iuriſdictionis commiſſę cuilibet iudici ordinario, non ſolum cui prouincia commiſſa eſt. ff. de officio præſid. l. j. ij.& iij. ſupra de officio lega. nouit. ſed & ciuitas ſola, vel caſtrum. ff. de verbor.ſignifi.pupillus.§.territorium.vnde & dicitur, quòd actor ſequitur forum rei. ſupra de for. competen. cum ſit generale, & iſto reſpectu tota vna diœceſis vnum dicitur territorium. xvj. quæſtion. 6. omnes Baſilicæ. Sic videtur, quod quodlibet caſtrum ad vnum ſolum dominum inſolidum pertinens vnam prouinciam faciat, vt ſic ſi extraneus ibi deliquerit, ibi ſit remittendus, dumtamen iudex merum imperium habeat, & exigat hoc delictum. C.vbi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia.iij. quæſtio. vj.capitul.j. 6 quæſtio. iij.placuit. quod de diœceſi expeditum eſt ſupra de foro competenti. poſtulaſti. ſupra de raptoribus. capitu.j.arg ad hoc.ſupra de verbor. ſignificatio.cum
3 in partibus. §.fin. de iuriſdictio. omn. iudic.l. fina. † Hic autem ponitur tribunal pro iudicio Dei, & appellatur tribunal per excellentiam, quia iudex ſuper omnes eſt, & omnes iudicabit, vt patet, infra de pœniten. cum ex eo.§.j.verſicu. quoniam,
4 vt ait Apoſtolus. [Reum] † a reatu, id eſt culpabilem. de tali dicitur non ſtatim, qui accuſatur reus eſt, ſed qui conuincitur criminoſus. xv. quæſtion. fina. cap. finali. Alias dicitur reus non a reatu, ſed a re omnis, ſcilicet, a quo quid petitur ſupra de verbor. ſignificatio.forus. §. in omni. verſicu. reus. [Iniuſte iudex.]humanus & malus, nec enim eſt iudex, ſupple bonus, ſi non eſt in eo iuſtitia. ſupra de verbor.ſignificatione. forus. §.
5 in omni. verſicu iudex. & ſequen. [Condemnat] quia † iudex æternus non erat, nec errorem humani iudicis approbat, vt patet ſupra de ſenten. excommunicatio. a nobis. ij. §.j. & ideo plerunque homo in mundo iſto iudicatus. ab inferiori iudice accipit ſententiam, a ſuperiore vero coronam. xj. quæſtion.iij. & ſi ad tempus. [Propheta]Dauid. nec damnabit, ſcilicet dominus noſter Ieſus Chriſtus. [Eum cum iudicabitur illi] ideſt contra illum, vel cum iudicium fiet de illo, & ſunt eadem verba. xxiiij. quæſtion.iij. non in perpetuum. [Caueant]ideſt ante tempus prouideant. [Eccleſiaſtici.] non ergo ligant ſeculares, quia nec pœna infra poſita ipſos tenere poſſet, cum officio ordinis careant. [Iudices.]ordinarij, ſiue delegati quicunque ſint illi, ea quo ad ipſos pertinet iudicare, vel aliquid in iudicio agere, exceptis epiſcopis & ſuperioribus, vt notatur infra eo. §. ſi quis autem. [Prudenter.]in proferendo, vel conſiderando tempus præſens, & præteritum, & futurum. Seneca.
6 Si vero prudens es † animus tuus tribus diſpenſetur temporibus, præſentia ordina, futura prouide, vel præcaue, præterita recordare.l.di.ponderet.nam exempla præſentia cauere nos præmonent in futurum. 82.diſtinct. plurimos. ante fi.[Vt in cauſa-

cum

rum.]verſic.[Proceſſibus:]quibuſcunque. ſupra de proba. quoniam contra falſam.[Nihil.]verſic.[Odium.]priuatum. ſupra
6 de teſti. quoties. §. vnico. ideo † inimicus non debet eſſe teſtis,alias iudex.iij.quæſtio.v. quia ſuſpecti, ita enim impedit animum, ne poſſit cernere verum & ideo peruertit iudicium. xj.
7 q.iij.ita.[Vel fauor.]ſecundum quod † peruertit iudicium.xj.quæſtio.iij.quicunque.[Timor.]verſicu.& hoc eſt tertium peruertens iudicium.xj.q.iij.quiſquis.[Exules]ſi.ſupra in prohœmio.ver. ſed effrenata [Præmium.]verſi.[Vel]alias aut.& eſt hoc quartum iudicium peruertens.xj.q.iij. non licet. ſ. de vita & honeſtate clerico.cum ab omni.[Expectatio.]conuentionalis,vel tanta,quæ ipſum iudicem nouerit ad male iudicandum.ſic. xj.q.iij.qui recte. Hæc enim quatuor ſupradicta, & teſtes, & iudicem corrumpere conſueuerunt.xj.q.iij.quatuor. & §.ſi ergo. & de teſtibus.quoties & ca.licet ex quadam.§.fi.verſicu. j. Sed & ſecundum Hugonem cardi.adde quintũ, ſcilicet ignorantiam ſupra de tempo.ordina. vel non eſt compos.Et ſextum, ſcilicet negligentiam, ſupra de homicidio.extra pro humani.§.j. vbi de hoc. [Sed ſtateram.]qui
8 † enim recte iudicat,ſtateram in manu portat,nũc rigorem exercens, nũc miſericordiam temperans.xlv.di. omnis qui.& ca.diſciplina.& c.ſunt itãque.ita magnum,vt paruum,ex quo diſſinire pronunciat iudicans. nec declinãs ad dexteram,vel ad ſiniſtram. ſupra de iudi.nouit.§.j.ver.cæterum. licet in coertionibus faciendis dignitatibus, deferendum ſi.ſupra de offi.de lega.ſane quia.& ca.paſtoralis.& ſic intellige. ſupra de iudi.nouit.§.j.ver.ſed forſan vnde dominus Bertrandus epiſcopus Graſſenen.non in perſonis acceptio iuris habetur, verum deferri ſibi quis virtute meretur. [Lances]verſi.[æquo]. i.iuſto pondere, ſiue iudicio in toto proceſſu per ipſum habito,ſic ſeruato. [Vt in omnibus]ver.[Agenda.]in principio, medio,& fine.ff.ſi quis ius dicen. non obtemp. l.j.ſupra de offi de lega.ſuper quæſtionum.§.intentionis. [Præterea]ver.maxime. [Cõcipiẽdis].i.dictãdis quo ad informationẽ m.& ſcribendis omnibus,quæ cora ipſo,ſiue i ipſo iudicio acta ſunt diligenter cõſideratis.ſupra de teſti.in noſtra.ff.de teſti.curent.ſ.de renuncia.in præſentia.[Ferendus.]quo ad probationem.[Solum.
9 Deum.[a quo, ſicut iudicabunt, † & ipſi iudicabũtur C. de iudi. rem non nouam.[Illius] [Moyſi.[Eius] ſcilicet domini Dei.[Iudicare.]ſic.xj.q.iij.ſummopere.¶ Si quis autem] ij.pars. [Ordinarius.] exceptus epiſcopis & ſuperioribus, qui & ſi circa hæc delinquerint,peccat tanquam maiores grauius, quam alij, ſupra de tranſla.epiſco.inter corporalia.§ fi.& ix.q.iij.aliorum. tamen pœnam ſuſpenſionis, de qua hic ſequitur,non incurrunt.vt ſ.de ſenten.excommunica.extra.periculoſum.[Prodigus.]ſic.infra de accuſationibus.ca. prælatorum.& ideo crudelis eſt.xij. q. j. nolo. Et
10 hæc eſt prima pœna,quam † incurrit is, qui taliter profert ſentẽtiã, ſiue inique procedit ex certa ſcientia.C.de pe.iudi.qui male.iudica.l.fi.[Perſecutor.]ſecunda pœna,quia indignum ſe reddit,honore,quo fungitur,vnde & tales ſunt priuandi cingulo, & alias pœnas multiplices patiuntur,in Authen.vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §.ſic igitur.& §.neceſſitatem.& §.ſi quis autem. colla.ij.& vt litigan.iurent.§.ſi quis autem & §.hoc quoque.coll.9 [Contra conſcientiam] verſi.q d.non patitur hanc pœnam, & ſi contra conſcientiam iudicet,dumtamen ſecundum iuſtitiam,nec enim debet ſequi conſcientiam humanam, ſed iudicialem, quam debet
11 ex allegatis,& probatis,& ſcriptis iuribus informare,† & ſic ſecũdum conſcientiam iuris iudicare, ſic intellige.ff.de arbi. quid tamen.§.dicere.alias eſt. l. & incipit qualẽ.in Authen.iuſiuran. qđ præſta.ab his.ver.& equus.col.iij.& de hoc no.ſ.de poſtu.c.j.ſup verbo,ſuo ſenſu.& de poſtula.præla. bonæ.j.[Grauamẽ.] hoc eſt tertium,quod requiritur ad hoc, vt pœna ſequens inflicta intelligitur,quia iam duo præmiſit.[Alterius.]Caueat ergo, ne etiã in
12 arbitratijs † nimis fauẽs parti alteri exiſtat,& alteri grauoſus.ar.in his quæ.no.ſ.de offi.dele.conſuluit.[In iudicio.]Nunquid idẽ in arbitrio? Non puto.ar.de pœni.diſt.j.pœnæ.ff. de pœnis. ſi præſes.& l.interpretatione. hoc ſi ſit arbiter compromiſſarius, ſecus ſi ſuccedit in loco delegati,vel ordinarij,vt no.infra de appe.extra. cordi.ſuper verbo,fauorem. Et idem,ſi omittat,quod facere deberet,vt ibi not. [Fecerit] ſcilicet iudex Quid de auditore, vel mero executore? Nec in his hanc literam puto locum habere. ſupra de of.deleg. ſuper quæſtionum. §.j. & verum [Per gratiam.] hoc eſt quartum, quod requiritur ad hoc, vt pœna ſequens locum ha-
13 beat,vt ſcilicet per gratiam † vel ſordes.i.prece, vel pretio,timore, vel odio iudex corruptus ſit vt ff.de iudi.l.ſi filius.C.de pœna iud. qui male iudi.l.fi.& ideo de his quatuor facit ſuperius mentionẽ [Ab executione]ver.& eſt hæc.tertia pœna.[Offici.]ſcilicet diui
14 ni & eccleſiaſtici.Quid ergo de beneficio † nunquid percipit ipſum interim? Si ratione officij competat, videtur, ꝙ non.arg.ſ. de cleri.coniugatis.diuerſis.& ca.Ioannes. ſupra de præben.cum ſecundum.ſupra de æta.& qualita.ca.j.& c.cum bonæ.ſupra de appella.ca.paſtoralis.Sed cõtrarium eſt tenendum in caſu iſto,quia pœnæ non ſunt exaſperandæ, & ſi hoc voluiſſet, bene dixiſſet dominus papa.ar.ſupra de deci.ad audientiam. Alia eſt enim ſuſpenſio beneficij, alia officij, nec vna includit reliquam,vt patet hic,& ſupra de elec.extra.ſtatuimus.§.qui vero. & alia ad ingreſſum eccleſiæ.infra de ſenten.excommunica.cum medicinalis.§. qui vero.hoc vbi a canone lata eſt ſnia. Si vero ab hoiẽ.tũc ſorma primæ iura locũ hẽt.ar.ſ.e.apl'icæ. vbi de hoc.ſ in hoc intellige qđ no.in Sũma.de ver.ſig.§.fi.verſi.j.& ſequẽ.[Ad æſtimationẽ litis.]
15 Hæc eſt.iiij.pœna.† nam talis facit litem ſuam, & ideo tantũ debet condemnari parti læſæ,quantum petebatur,vel eius veram æſtimationem ff.de iudi.l.ſi filius.C de pe.iudi. qui male iudica.l. fi.¶[Scituris]iij.pars. ſcilicet iudex ſuſpenſus ab officio vt ſupra. [Durie]ſcilicet infra prædictum annum ccclxvj dierum,ſi in annum incidat biſſextilem. arg.ff.de minor.l.j.§.minorem. & ſ. de verbo.ſignifi. cum biſſextus. licet aliqui dicant contra argu. ff.de ſtatuliber.l.iiij.§.Stichus.ſed certè hoc fauorabile eſt, vt quando de dubio animæ quæritur, quod eſt tutius eſt,æſtimemus,vt infra de ſponſa.iuuenis.& cenſura eccleſiaſtica fauorabilis eſt,quia medicinalis.ſ.de ſenten.excommunica.cum medicinalis.ij. q.j.multi.xxiiij.quæſtio. iij.corripiantur. cuius nomine ſuſpenſio continetur. ſ.de verbo .ſignifica.quærenti. & hac ratione conſiderata fit lata interpretatio in excommunicatione. ſ.de ſenten.excommunica.ſi quem & in dubio eſt pro ipſa interpretatio. ſ.de cleri. excommuni.mi.illud.§.licet.ſ.de ſenten.excommu.ſi vero. ij.& c.cum deſideres. §.ſedem. & tamen non eſt maior pœna in eccleſia Dei.xxiiii.quæſtio.iii.corripiantur. & ſic intellige quod no.
16 ſupra ſuper verbo, iudicum. & ſequen. Nec † vnam ſpeciem ad aliam extendimus, vt no.ſupra ſuper verbo,officij. Et eſt ratio: quia ſententia inter alia,& inter alias perſonas,& in alio iudicio, & alio modo lata &c. vt ſupra de fide inſtrumen. inter dilectos. § inſtrumentum.verſi.porro.& ſequen.& ſupra de offi. ordi.dilectus. §. penul. [Ingeſſerit]id eſt ſe immiſcuerit voluntarie, ſicut prius.ſic.ſ.de cleric.excommunica.mini.illud §.illud. [Diuinis.] ſcilicet officiis, & non dicit beneficiis. [Irregularitatis.]ſic.infra de ſenten.excommunica.cum medicinalis. §. fi.[Inuoluet.]alias inuoluit; ſi in officio ſuo id eſt ordine dicat etiam matutinum, vel veſperam ſolenniter in eccleſia, ſicut ante. xj. quæſtio. iij.ſi quis epiſcopo in concilio. Nec habet in hoc caſu locum monitio,de qua no ſ.de cleri.excõmunica.mi.clerici autem. [A qua]. verſi.ſcilicet irregularitate, vel a quo ſcilicet laqueo. [Per ſummum]quia iſte eſt de caſibus ſibi ſpecialiter reſeruatis. ſupra de ſenten.excommunica.cum illorum. xj. quæſtio.iij.ſi quis epiſcopus damnatus. & ſequen. & ſic ſeruat curia de corpore vitiatis, & illegitime natis,& pœnitentibus. & bigamis.ſecundum.do.n. ſupra de corpore vitia.ca.j.ſupra de bigamis.c.j.& ij.& iij.l.diſtin. qui in aliquo. Sunt & alij plures caſus, quos no.ſupra de officio lega.officij. [Salnis.]verſi.[Alij.]de quibus not.primam, ſupra eo.ſuper verbo, prodigus.ſecundam.ſuper verbo,perſecutor.tertiam ſuper verbo,ab executione. quartam ſuper verbo, ad æſti-
17 mationem. Eſt & quinta[,]quia † damnatur inquantum bonum & æquum videtur iudicanti. ff.de variis & extraordi.cogni.l.ſi.& Inſtitu.de obliga.quæ ex male.naſcun.reſpon.j. Nec obſtat in Authen.de iudi.§ quia vero.col.vj.Ex quo elicitur authen. C. de arbi.decreuimus.quia quod dicit, nihil eis erat aliud præter ſacramentum,hoc eſt dictu,nihil habebunt vltra.niſi quia pars ſuo beneplacito poterit appellare periura, alias litera habet ei id eſt arbitro. [Conſtitutionibus, quas & volumus vires ſuas habere.[Iudicantibus.]in foro contentioſo & iudiciali, & aliis etiam de ſententia excommunicationis loquentibus, quæ etiam multæ ſunt, vt, notatur.ſ.de ſenten.excommunica.cum medicinalis[Infligunt] Sed hoc quomodo; nec enim quis debet ex vno & eodem delicto pluries puniri.ff.nau.caupo.ſtabula.licet.§.ſi.ff.de reg. iur.bona fides. ſupra de offic. lega. licet Reſpondeo hoc in iſto caſu locum habere volumus ſpecialem, nec mireris. [Dignum eſt enim]&c. verſi. [In tot ſcilicet contra Deum, contra iuſtitiam, contra officii debitum. contra conſcientiam, contra naturam humanam, quia procedit contra proximum & corrumpitur. [Præſumit.]quia nec Deum,nec homines reueretur. [Pœna multiplici.]ſic ergo declaratur hic, quod apud dominos legum dubitabatur,& in quo multipliciter diſſentiebant, vt not. in l.ſupe. nam quicquid ſcripſerint omnes pœnæ locum habent, quia &
18 qui † in pluribus delinquit, & plures offendit, eſt grauius puniendus. infra de appella. extra. cordi.in fi. xiii.diſtinc.duo mala.xciiii.diſtinc. ſi quis autem legationem. iiij.diſtinc.factæ ſunt. ſupra de celebra.miſſa. de homine.ſ.de vita & honeſta. clerico.vt clericorum.

¶ De Appellationibus. Rubrica

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quandoque fit extra iudicium a iudice.*

Appellatio an debet fieri cum cauſa etiam ab interlocutoria & nu. 3. & 4. & 41.

5 *Appellatio in ſcriptis fienda eſt, & an qua libet ſcriptura ſufficiat. numer.6.*

7 *Appellans ſi dum ſcribit appellationem epiſcopus ſcribit excommunicationem & primo proferatur, an valeat appellatio, vel excommunicatio.*
Et quid ſi libellus primo appellauerit. nu. 8.
9 *Præpoſitio de, auget*
10 *Apoſtoli qui, & vnde dicantur.*
11 *Litera dimiſſoria quæ & vnde dicuntur.*
12 *Apoſtoli infra quod tempus peti debent: & nu. 15.*
13 *Apoſtolorum ſcriptura quid continere debeat.*
14 *Appellationum quot ſunt ſpecies.*
16 *Apoſtoli ſi fuerunt petiti debent a iudice exhiberi, etiam ſi non fuit admiſſa appellatio.*
17 *Apoſtolorum quot ſunt genera. & nu. 18.*
19 *Iudex poteſt grauamen reuocare, antequam concedat apoſtolos, ſed poſt non poteſt, cum dimiſerit partes a manu ſua.*
20 *Appellans pars, & appellata debet venire inſtructa in cauſa appellationis, ſicut in principali.*
21 *Appellatus trahitur ad iudicium, & non trahit.*
21 *Iudex ex officio poteſt compellere partes ad proſequendam appellationem.*
23 *Procurator appellationis an ſit ſufficiens in cauſa eã vi primi mandati.*
Et ſi non vult procedere nunquid eſt cogendus. nu. 24.
25 *Procurator reuocari poteſt pro libito ante litem conteſta.*
26 *Procuratorium mandatum finitur ſi dominus moritur ante litem conteſta ſecus ſi poſt, quia tunc tenetur procurator procedere vſque ad finem cauſæ cũ ſit effectus dominus litis.*
27 *Procurator reuocari poteſt poſt litem conteſtatam ex iuſta cauſa.*
Et quid in cauſa reconuentionis nu. 28. & 29.
30 *Procurator in quibus caſibus non cogitur reum defendere, nec contra eum committitur ſtipulatio.*
31 *Procurator ſi non conſenſit, nec ſuſcepit mandatum, et dominus ſatisdedit non cogitur reſpondere, nec in eum committitur ſtipulatio.*
32 *Procurator tacite conſentire videtur, ſi præſens in conſtituendo non contradicit.*
33 *Procurator ſemper tenetur finire mandatum vere ſuſceptum. & nu. 35.*
Quod fallit nu. 34. & 36.
37 *Procurator quomodo dicitur præciſe cogi ad defendendum.*
38 *Licet dominus quando punitur ſi ſciens non purgauerit contumaciam procuratoris. & nu. 39.*
40 *Appellans ſi non fuerit proſecutus appellationem infra terminum aſsignatum rata manet ſententia.*
41 *Iudex ad quem appellatione delata a iudice a quo, poteſt procedere in appellatione appellante inſtante.*
43 *Appellatio ante diffinitiuam ad hoc vt valeat, quæ requiruntur.*
44 *Contumax ſemper debet condemnari in expenſis.*
45 *Deluſio non approbatur a iure.*

C A P. P R I M V M.

COrdi. Lites dirimantur & ſubditi a labo-
ribus releuentur ab appellationi-
bus ad ſedem apoſtolicam in iudicio, vel ex-
tra circa diffinitiuam ſententiam, appellatio
nes, & cauſæ in ſcriptis porrigantur, apoſtoli
continentes cauſam eandem, vel quare non
ſit delatum, vel etiam ſi non eſſet deferen-
dum, quare hoc factum eſt, petantur, & exhibeantur appellato-
ribus ad appellationes proſequendas, tempora congrua modo-
rentur, & ſi appellati hoc petierint, partes per ſe, vel per procura-
tores ſufficientes tam ſuper cauſa appellationis, quam princi-
pali ad ſedem apoſtolicam accedere teneantur. per hæc autem
iura tractantia de appellationibus faciendis a diffinitiuis ſentẽtiis
minime eneruentur, vel in aliquo diminuantur. Si appellatores
prædicta non ſeruauerint appellatio nulla ſit, & in expenſis legi-
timis condemnetur. Quòd ſi appellati hæc contempſerint, tam
in expenſis, quam in aliis pœnas contumacium patiantur.
Aequum eſt enim, vt in eos inſurgant iura, a quibus nedum par
tes, ſed etiam iudices eluduntur, nobis eſt omnia capta ad effe-
ctum perducere. C. de emenda. no. co. & eius ſecun. edi. l. vnica.
in princip. [Minuere]. ſupra de reſcrip. nonnulli. §. cum autem.
hoc enim boni prætoris eſt. ff. ſi cert. pet. quidam. ſupra de offi. de
lega. extra offic. ii. vbi de hoc. ¶ [Sancimus igitur] ii. pars. [In iudi-
cio.] ex quo quis eſt citatus. ſupra de fo. compe. ca. penul. & ſupra
de offic. delega. gratum. & ca. licet. [Vel extra.] hoc intelligi de-
1 bet, quando † iudicium a iudice appellatur, quod patet per id,
quod ſequitur infra de aſſignatione termini. & de apoſtolis. quia
ipſos non daret, niſi iudex eſſet ſecundum. do. no. Iudic, vt infra
no. Quid ſi ipſe iudex appelletur? Dicamus adhuc ſeruari de-
bere hanc conſtitutionem, quamuis e extra ius fiat. ſupra eo. de
priore. & cap. cum ſit Romana §. ſi vero a grauamine. [Inter-
2 locutoria.] hoc nouum ius eſt, vt † quis in interlocutoria te-
neatur exprimere cauſam. olim enim ſufficiebat ab interlo-
cutoria appellare, & ſi cauſa expreſſa non eſſet. ſupra de elec.
cum dilecti. §. fi. & de teſti. cap. ſignificauerunt. §. mandamus.
quod etiam quo ad diffinitiuam non mutatur, vt not. infra eo.
§. is qui. habebit autem locum hæc appellatio. niſi forſan iudex
hanc interlocutoriam reuocauerit, ſupra eo. cum ceſſante, quæ re
uocatio quandocunque, antequam apoſtoli tradiri ſint, fieri po-
terit, vt not. infra [Vel grauamine.] alias ſequitur hic aliquo,
3 nec enim aliter † valet appellatio, niſi fiat ex aliqua cauſa ratio-
nabili, ea quoquis in iudicium vocatus eſt, quod nec nouum eſt,
immo & idem volunt antiqua iura, ſupra e. cum in eccleſia, vt
debitus. dilecto. interpoſita. [Ad nos] Sic not. quod hæc conſti-
tutio locum non habet, niſi in appellationibus ad ſedem apo-
ſtolicam factis, quod verum eſt, quo ad quędam. vt infra no. ſuper
verbo, in ſcriptis. [Appellandũ.] verbo, nã ipſo facto poteſt fieri
appellatio. quod non puto hic corrigi ſupra eo. meminimus. ſug
geſtũ. ad hæc. ſicut aſſeris [Cauſam appellationis.] hoc cõmune
4 eſt omnibus, quia † non valet appellatio, niſi ex cauſa facta, vt no.
ĩ. ſuper verbo, vel grauamine. Et patet. ĩ. Romana. §. ſi vero. & ſeq.
5 [In ſcriptis] nouũ ius † eſt & ſpãle in appellationibus ad ſedẽ apo
ſtolicam factis, vt hic, alias ſufficit, qualitercunque fiat fides de iu
ſta cauſa. ĩ. c. Romana. ĩ. de fo. comp. extra. Romana. §. i. Alij hoc
intelligunt generaliter, pro quibus facit ſupra de proba. quoniã
contra falſam. Et licet iſte intellectus expediẽs ſit, nõ tamẽ adeo
aſtringit, ꝙ ad non ſeruantem alias ſcribentem pœnã huius cõ-
ſtitutionis extendam, nec priuilegium. ĩ. de his quæ fi. a ma. par.
ca. quæ ſuit. ĩ. de priuileg. ſane. ſupra de offi. lega. ꝙ tranſlationem.
Et ideo quicquid alij gloſſent in his, quæ de nouo inducit, hæc
conſtitutio, non credo, ꝙ aſtringatur aliquis, niſi ad ſedem apſtoli
cam fuerit appellatum, vt patet ſupra, ibi ad nos. & ĩ. eo. §. proxi.
ibi, vt ſi nobis viſum fuerit. Nec obſtat ca. quoniam cõtra falſam:
quia & ſi in ſcriptis redactum nõ fuerit, nihilominus fides pote-
rit fieri per alia documenta, vt ibi patet, in fi. ſecundum hoc in-
tellige, & determina quod no. in Summa. e. ti. §. qualiter. Sed nun
6 quid qualibet † ſcriptura ſufficit? Sic, ſecundum do. no. & ſic tenet
9 Sed nunquid ſufficit † conuocatio ſinodi, in qua fiet diligens inquiſitio, & correctio peccatorum? Videtur, quòd ſic. argu.ȝ. de accuſatio.ſicut olim. xviij. diſtinct. quoniam. Dicas contrarium, tum quia infra tam breue tempus, quo conſueuit ſino-

dus

dus celebrari,non poſſet fieri plene inquiſitio ſingulorum, & ſic
non ſeruaretur mens huius conſtitutionis, tum quia nec ibi ve-
niunt clerici,& laici,qui tamen ſunt,prout ſequitur,viſitãdi. tum
quia res ſubiicienda eſt oculis,& multum conſueuit perſonæ præ
ſentia operari.ff.de feriis.l.ij.ad fi.ff.fin.regund.ſi irruptione. ſ.de
offi.dele.quoniam.ij.§.penul.& fin.cum ſuis ſimilib. Quid ſi ali-
10 quæ parochiæ remanent † viſitandæ? Dic, ꝙ talia committenda
ſunt arbitrio boni viri,nam & aliquæ poſſunt eſſe, quæ viſitatio-
ne non indigent, & aliquæ,quæ poſſunt commode per alium vi
ſitari.x.q.j.decreuimus.ſecundum d.n. nec minus dicetur plena
viſitatio,ꝙ duæ,vel tres,vel paucæ remanent viſitandæ.ſicut alias
11 dicitur,ꝙ omnes,† qui manducauerunt manna in deſerto,mor-
tui ſunt de conſec.di.ij.re vera.& tamen Caleph. & Ioſue intraue
runt terram promiſſionis.lxxvj.diſt. ieiunium.Sic.& dicitur, ꝙ
omnes conuenerunt in archiepiſcopum Collocenſem. ſ.de po-
ſtula.præla.bonæ.ij.§.fin.& tamen quinque eccleſienſis non con-
uenerat,vt e.c.§.verum.Sic & dicitur, ꝙ omnes vtamur compila
tione decretalium in iudiciis. ſ.in proœ.ante fi. & tamen multas
epiſtolas continet ſpeciales,vt patet.ſ.de conceſſ.præbendæ.con-
12 ſtitutus.Modica ergo contemni poterunt,& mos † inſpiciendus
eſt regionis.ff.de ventre inſpiciendo.l.j.§.vlt.Sed & poſſunt ſimul
plures coniungi,vt j.c.§.ſeq.[Minorum eccleſiarum] & eſt ratio,
vt no.ſ.de præbendis.maiorib.[Populorum]per hoc, & illud, qđ
ſequitur.j.eo.ver.prox.& §. proxi. patet, ꝙ non ſufficeret viſitatio
13 ſinodalis.vt ſ.no.& per hoc etiam patet ꝙ † eccleſia nedum de cle
ro,ſed & de populo curam habet,vt ſ.de offi.ord.c. j. ſ.de exceſſi.
præla.clerici.& de hoc notantur multa.ſ.qui fil.ſint legi.per vene
rabilem.§.rationib.[Et ſi commode]verſi.Hic no.ꝙ illud ſolum
poſſumus quod commode poſſumus,vt hic.& ſ.de ele.quia pro-
pter. poſſe tamen vel non poſſe aliquid dicimus nouem modis.
vnde verſus

Poſſe dabit factum ius,& natura, poteſtas.
Officium,meritum,commodum,deitas,& honeſtas.

Hos verſus inuenies expoſitos in Summa de reſcr. §.ii. & ſ.de re-
ſcrip.ſciſcitatus [Abſque difficultate] forte propter niues & gla-
cies,vel aliud ſimile quod incõmodam vel difficilem reddit ma-
teriam.ad hoc ff.ſi quis cautio.l.ij.& ſ.de eccle.ædifi.c.iij.[Accede
re]hic ſatis patet ꝙ loquitur de perſonali viſitatione. ſecundum
do.no.[De pluribus locis].ſ.in congruis. quia non poteſt quilibet
locus per ſe archiepiſcopo prouidere [Ad vnum congruum].i.
omnibus communem prout erit poſſibile.ſic.ſ.de ſi.mil.r.accepi
mus.ff.de iud.locus. & qui poſſit omnes recipere. ſuper quo vide
quod no.ſ.de reſcrip.extra.ſtipendia[Studeat] ſic etiam credit.d.
14 n.ꝙ ex cauſa † poſſet in diuerſis locis vnum collegium viſitare. li-
cet conuenientius ſit ꝙ viſitet in eodẽ [Clericos & laicos]quo ad
viſitationem quæ in neutris eſt,prout ſequitur poſtponenda a cle
ricis cum tantum procuratio exigetur:nam & ſic eſt ſtatutum .
Hic no.ꝙ per hunc.§.ſuppletur quod not. in Summa.de offi.ar-
chid.§.penult.ver.ſed nunquid plures eccleſias.¶[Deinde] ij.pars.
Et dic deinde ex quo ciuitatem ſuam & diœceſim viſitauerit ſi-
cut præmiſſum eſt[Liceat ei]ergo non antea;quia forma exacta
diligentia ſeruanda eſt,vt ſ.de reſcr.cum dilectus.ff.man.diligen-
ter.niſi aliud forſan obtineat de conſuetudine ſpeciali. ſ.de offic.
ord.extra.Romana.§.niſi Remenſis eccleſia.ſaluis hisquæ epiſco
pus ſeruare debet . In quibus non puto contrariam conſuetudi-
nem valere.ſi quo ad archiepiſcopum,& quæ ſunt hæc no. j.eo.
§ ſi ſuper verbo.plene obſeruari[Prouinciam] ſi conſtet metro-
15 politano de † ſuffraganeorum negligentia,& non aliter neque an
te.ſecundum quoſdam. Tu dic contra ; quia ad archiepiſcopum
pertinet cura & ſolicitudo totius prouinciæ.xxj.di.cleros.ix. q.iij.
per ſingulas.ſecundum d.n.& ideo ex officij ſui debito nulla præ
ſcriptione obſtante viſitat annuatim. ſ.de præſcr. cum ex officii.
ſ.eo.ſopitæ.& c.nuper.& eſt ratio.vt no.in Summa de offi. archi.
§.pen.ver.qualiter autem.& ver.& ſic iudicio meo.In quo ver.pa
tet ꝙ ex præmiſſis,& ſequentibus hęc materia plenius explicatur.
Hodie tamen antequam viſitet,oportet,ꝙ de conſilio epiſcopo-
rum ſuorum hoc diffiniat ſecundum formam traditam. j.eo.§.
poſtquam. Sed & in correctione peccatorum procedere debet .
ſicut legitur.j.eo.§ ſane.& §.notoria.& ſicut no.j.eo. §.prox. ſup
verbo.viſitationis[Officium] vel eius partem ſi non poteſt totã .
ff.de reg.iur.impoſſibilium.xxij.q.ij. faciat homo. Ex quo tamen
exierit vnam diœceſim,& aliam viſitare inceperit, ad dimiſſam
minime reuertatur.prout legitur ſubſequenter[Viſitationis offi-
16 cium]quod † pertinet ad ſtatum clericorũ.Primo diſcutere quali
ter baptiſmum ,& alia ſacramenta eccleſiaſtica miniſtrent , &
qualiter ſe in eccleſia habeant,& in vita.Si oĩa recte,Deo gratias.
Si aũt ignaros iſtruat & puniat puniẽdos.& hac nocte qua ſuenit
expediat,ſequenti die in mane plebi cõuocatæ prædicet verbum
Dei docendo fidem, & articulos fidei,& vitia mortalia fugere,&
quod ſibi nolunt fieri &c. Reſurrectionem ſperent & diem iudi-
cii timeant,& vt ſe in bonis operibus ſtudeant exercere . & ſic de
illa eccleſia debet ad aliam proficiſci.x.q.i.placuit.j.e §.ſane.No-
toria vero crimina puniat, prout no.j.eo. §.notoria [Ciuitates &
17 diœceſes] ver. per ordinem.Primo ſcilicet † ciuitatem tanquam
caput.& ſecundo diœceſim,vt j. eo. reſpon. j. Sed licet hic ordo
ſeruandus ſit in prouincia, non puto tamen ipſum de neceſſita-
te ſeruandum eſſe ſi incommoditas notatur in ordine ſeruãdo .
vt ſ.reſpon.j.Sed tunc,vel ante,vel poſt eſt ciuitas viſitanda. & ex
hoc patet ꝙ nec ciuitates excludunt diœceſes , nec diœceſes ciui-
tates cum hic fiat mentio de vtriſque.ar.ſ.de reſcr.ſignificante.&
c.Rodulphus.Nec poteſt ſe aliquis excuſare.ar.ff.de off. præſ.vrb.
l.j.alias iiij.cum vrbem noſtram . & patet ex ſequentibus euiden-
ter,vnde & ſequitur[Suffraganeos ſuos]&c.quaſi diceret nedum
ſuffraganeos in hoc caſu viſitant,ſed & eorum ſubditi ſubſunt ei.
[Cathedralium]ſiue matricum,nam & cathedralis nomine ma
trices eccleſiæ continentur.vt ſ.de præſcr.c.j.ver.ſi autem . & ver.
fi.ſ.de ver.ſig.venerabili.in fi.& aliarum conuentualium & paro
chialium quarũcũque eccleſiarum, tam in capite,quam in mẽ-
bris.vnde & ſequitur[Capitula]reſpectu cathedralium [Monaſte
ria]reſpectu conuentualium[Eccleſias] reſpectu parochialium.
[Alia religioſa]reſpectu aliarum eccleſiarum[Et pia loca]reſpe-
ctu omnium hoſpitalium.ſi.ſ.de teſta.officij.& c. requiſiti. §.ſe-
cus.ſ.de reli.do.de xenodochiis.ſicque patet ꝙ hæc omnia loca ,
& ſimilia viſitãda ſunt.exceptis grangiis, & oratoriis grangiarũ ;
quarum habitantes ad caput conuocabuntur , nec in ſpirituali-
bus procurationibus grauabuntur.ſ.e.c.ſi. [Clericos & populos]
non tamen ſimul,ſed ſeparatim,quia & ſeparata eſt vita talium.
18 xij.q.j.duo ſunt.nec ſunt † officia promiſcuis actibus perturban-
da.C.de teſta.conſulta. ante fi. Sed & inquiſitio melius procedit
quando fit ſigillatim.ſ.de accuſa.inquiſitionis.§.teſtes. ver.& an
fides.ſ.de teſti.cum clamor.ſ.de elec.quia propter.ſecundũ quoſ
dam . Iſtud ſeruandum eſt ſi negotii qualitas hoc requirat. alias
in genere & in communi fiet hæc inquiſitio.vt patet.j.e.§.ſane .
19 Sed nunquid de ſtatu epiſcopi ab † eodem,& in capitulo inquire
retur? Vtique hoc fieri poterit,ſed decentius eſt vt primo interro
getur ſeorſum & ſeorſum corrigatur.Sed qđ ſi fuerit corrigendũ
cum ſit aliis in exemplum. ar.ſ.de voto.magnæ. §.j.ſ.de accuſat.
qualiter.ij.§.j.ver.& ideo ſancti patres. & bene poteſt caput corri
gi ſine membris & correctio membrorum differri. ſ. de ſenten.
& re iud.cum I.& A.§.j.[Libere].i. ſine contradictione,vel præ-
ſcriptione,vel appellatione aliqua non obſtante.ſ.de præſcr.cum
ex officij.& c.accedentes.ſ.de offi.ordi.licet [Ac procurationes]
20 ver.[Vitans]viſitare † intelligitur etiam ſi vadat cauſa conſignan-
di pueros,vel conſecrandi clericos.ſ.de reli.dom.c.j.ſiue ꝓ quo-
cunque alio negotio communi,vel quod multos tangit.arg.x.q.
iij.relatum.& c.nec numerus.ſ.de ſimo.cum ſit.j.q.ij placuit. vel
quod fit pro ſalute animarum,vel pro cultu Dei ampliando. ſm
do.no.ſiue ſtatum eccleſiæ in melius reformando.x.q.j.placuit . lo-
ca viſitata appellat ſiue ſint illa ad quæ accedit perſonaliter , ſiue
illa quæ vocat ad ſuam viſitationem.ſ.eo.reſpon.j.ver. & ſi com-
mode.Hanc autem vocationem poteſt facere epiſcopus,alias ar
chiepiſcopus.ſed tantum in ſua diœceſi,vt ibi. Sed ex quo viſitat
etiam in ſuffraganeorum diœceſibus ſubditorum. ſecundum d.
n.nam eadem eſt ratio,ergo idem ius.ſ.de conſt.tranſl.ſ.de exce.
cum inter priorem.§.ſi.alias.j.ver.qua ratione . Sed nunquid ar-
21 chiepiſcopus ad vnam † diœceſim accedens cauſa viſitandi , & ꝑ
aliam tranſiens erit in tranſitu procurandus? Non,iure viſitatio-
nis cum non viſitet,vt hic.& nunquid iure hoſpitalitatis? & qui-
dem hoc ius nemini denegamus.vt ſ.de contrah.emp. & vendi.
c.j.alias ij.xlij.di.alias.xiiij.di.§.j.ſ.de præben.de monachis. vbi de
hoc.& ſuper hoc fecit.d.n.decretalem expreſſam vt fertur. Eſt ta
men ei pudibundum ſi abundans rodat pauperes, quibus debet
22 potius ſubuenire.ar.ſ.eo.licet.Quid ſi admittat † equum vel ſoluat
vecturas equorum,vel ſimilia, nunquid hoc exiget nomine pro-
curationis? Breuiter dicas ꝙ nedum iſta, ſed nec conuiuia , alias
omnia debet exigere cum nimio grauamine ſubditorum.x.q.ij.
cauendũ.& c.ſi.& ſ.e.cũ apoſtolus. §.j.& §.fina.Quid ſi oporteat
23 ipſum † per plures dies moram trahere,cum nec in vna die poſſit
viſitatio expediri? Erit continuè procurandus.arg.x.q.j.placuit.nã
ſi poteſt ex cauſa ſtatim redire,& procurationem habere, nonne
melius eſt non recedere,& finaliter expedire? Nec obſtat. x.q.iij.
inter cętera . quia illud intellige cum in vna die poteſt viſitatio
expediri.nec enim eſt circa iura huiuſmodi malignandum.ſecũ
dum dominum noſtrum. ff.ad exhiben. l. fina. ad hoc. 18.quæ-
ſtione.ij.viſitandi.& c.non ſemel. Tu dic ꝙ in nullo caſu eccleſia
grauanda.vt not.ſ.eod.ver.quid ſi admittat.& probatur. ſ.e.ſopi-
24 tę.in fine.[Ex quo tamen] verſicu.[Viſitare cęperit] caueat † ꝙ
perfecerit : nam ſi exierit , & aliam viſitare incęperit nunquam
&c.patet ergo quod illud quod incępit perficere debet.argumen.
C.de emen.Iuſti.codi. & ad Silleia.l.cum Silleianum. in fine.ſu-
pra de reſcriptis.literis.cum ſuis concor ſi.[Quas ſecutè]argum.
quod ex tali cauſa , & alia rationabili quamuis perſonaliter non
fiat viſitatio ; procuratio exigi poſſit in pecunia, quod dic vt no-
tatur in Summa.eodem titu. §. fina.& verſic. & nunquid epiſco-
pus . & vide per totum vbi hæc materia plenius explicatur .
[Sua denuo] vt ſic ſecundam incipiat viſitationem facere

ſecundum ordinem ſuperius præparatum a principio huiuſmo
di cõſtitutiõis vſq; hic.& ita ad modũ anni ſit viſitatio circularis.
ar.ſ.de offi.arch.mandamus.& x.q. i.placuit. præmiſſa in diffini-
tione.¶ Quod ſi forte] ii. pars[Indiguerit] aliquo eſſu ſuperueniẽ
te,vel ẽt ea antiquo[Intermiſſa]ſine præiudicio redeundi cũ hoc
fiat de licentia iuris[Requiſitus] non aſr cũ iam p exitum viſita-
tioni illius anni videatur renunciaſſe,maxime hodie,ex quo hoc
dicit hæc conſtitutio ſic aperte.ar.ſ.de ſen & re iud. quod ad con
ſultationem.§.ſi.ver.& qui ab initio[Conſilio,& aſſenſu] Hoc iõ
25 †dicit quia ſi non dixiſſet,& aſſenſu cõſiliũ non obligaret. vt no.
ſ.de conceſſ præb.extra.quia cunctis.§ fi.ſ.de arb.cum olim.ſ.de
ele cum in veteri.& ſm hoc intelliguntur ca.ix.q.iij. nullus pri-
mas.& c.ſaluo.Quid ſi loci dioeceſanus ꝯdicit? Non iõ minus re
dibit archiepiſcopus,ex quo maior . & ſanior pars epiſcoporum
conſenſit.lxv.di.c.i.& ij.[Animarum profectus] quem totis viri-
bus procurare debet officium paſtorale.ſ.co.cum apoſtolus. ver.
ſi vero[Malitioſe]quod præſumitur eo ipſo, ꝙ indigẽtia nota eſt,
& famoſa : quamuis alias malitia ſit probanda. ff. de prob.quo-
ties.§.qui dolo[Confidenter] q.d.non requiret probationem ali-
quam,ſed de facili hoc concedet.¶ Poſtq̃]iiii.pars[Requiſito cõ-
ſilio] quod annuatim tenere debet.ſ.de accuſa. cum olim . nec
iunxit aſſenſu.vt ſ.§.prox. quia ſiue concordent, ſiue diſcordent
hoc ad ipſum ſolum pertinet diffinire,vt ſequitur.& arg.ſ.de ar-
bi.cum olim.§.vlt.& ĩ.e.ver.& ſi non interuenat[Et ipſius]ſcili
cet archiepiſcopi. & non dicit ipſorum [Diffinitione] Hæc erit
diffinitio , diffinimus procedendum eſſe per vos ad viſitationem
prouinciæ noſtræ,nec eſt neceſſe,ꝙ fiat cauſa cognita,ſed ſufficit,
ꝙ de plano,nec a tali diffinitione,cum ſit tantum ſuper executio
ne ſui officij poterit appellari.ſ.de of.or.irrefragabili.ſm d. n. Vt
quid ergo hæc conſtituitur difficultas , vt archiepiſcopus non ſit
negligens circa concilium conuocandum , ſciens ꝙ aliter conci
lium ſuffraganeorum de facili habere nequeat,nec ſine hac diffi
nitione ſecundo viſitare debeat? Cõcluditur archiepiſcopo ꝙ aut
vix,aut nunquam viſitabit,aut annuatim concilium celebrabit.
26 In ſcriptis]Hic eſt vnus caſus †in quo ſcriptura exigitur. Secũdus
eſt in minore iurante ſe maiorem eſſe.C.ſi mi.ſe maio.dixe.l.iij.
Tertius ſi pactum fiat aduocato de re immobili ſibi danda.C.de
ſuffragio.l.vnica . Quartus in ſolutione debiti contenti in publi-
co inſtrumento.C.de teſti.teſtimoniũ.Quintus vbi quis cauit de
debito in ſcriptis ex cauſa antecedenti,& vult hoc improbare.C.
de non nu.pec.generaliter. Sextus in teſtamento in ſcriptis redi-
gendo.C.qui teſta.fac.poſt.hac conſultiſſima §.at cum humana.
Septimus qñ de facto antiquiſſimo quæritur ꝙ nec p teſtes ꝓba-
ri poſſit.ff.de proba.ſenſus.ſ.de præſcr.ad audientiam.ſ.de proba.
cum cauſam.Octauus in delegato Papæ remoto.ſ.de of.dele. cũ
in iure.Nonus in priuilegio.ſ.de priuil.porro.ſ.de vſu pal.c.fi.De
cimus in clerico dimiſſo a ſuo ẽpo.lxxi.di.extraneus.af.extraneo.
ſ.de cle.non reſid.fraternitati.C.de epi.& cle. ſi qua.Vndecimus
in clerico ab hæreſi reuertente.i. q. vij. ſaluberrimum. Duodeci-
mus in libello ſiue criminali. ij. q. i. legum . ſeu ciuili.ſ.de libel.
obla.c.j.Tertiusdecimus in profitente. 17. q.j. oẽs fœminæ. Deci-
musquartus in electione.ſ.de elec.quia propter. Decimusquint⁹
in alienatione rei eccleſiaſticæ.ſ.de reb.eccl.non alien. c.j. x.q.ij.
hoc ius.xij.q. ij.ſine exceptione. Decimuſſextus in emphiteuſi.C.
de iure emphi. l.j. Deciſſeptimus qñ appellatur ab aliquo graua-
mine vel interlocutoria. ſ.de appella.extra.cordi. Decimusocta-
uus in fideiuſſione.ſm d.n.C de fideiuſſ.l.pen.Decimusnonus in
donatione q̃ excedit quinquaginta aureos.C.de don.ſi qs argẽtũ.
Vigeſimus in eo qui variauit bis circa procuratorem conſtitutũ.
ſ.de procur.conſtituitus. Vigeſimusprimus in ſententia excõica-
tionis.Vigeſimuſſecundus in requiſitione tranſcripti.& compro-
bantur hi duo caſus.ĩ.de ſen.excõ.extra.cum medicinalis. Vigeſi
mustertius qñ agitur ꝙ aliter non valeat contractus,niſi in ſcrip.
redactus ſit.C.de fi inſtr.ꝯtus.ſ.de pac.c.ij.ſ.de tranſ c.j. ſ. de ꝯſt.
vn.venerabiles. Exceptis ſupradictis caſib.& ſimilib. ſi qui reperi-
ri poſſint non eſt vis.verum inſtrumentis,vel teſtib.fides fiat.ſ.de
fi.inſtr.cum Ioannes.§.porro.ſ de cler.peregri.tuæ.C. de fi.inſtru.
in exercendis.Quis probatio ſemper fiat leuius & ſecurius p ſcri-
pturam.ff. de pigno contrahitur [Superius] reſpon. i. §. i. & ij.
[In priorib.viſitati]quia magis egere præſumuntur , & ideo ſunt
præ cæteris viſitandi.vt ſ.co.§ ꝙ ſi forte[Opportunum]& de hoc
eiuſdem arbitrio credimus eſſe ſtandum.ſm d.n. ¶ Sane]quinta
pars[Verbo Dei]vt no.ſ.co.§.j.ſuper verbo,viſitationis officium.
& hoc per ſe vel per alium. ar.x.q i.ẽps.ſ.de æta.& quali.cũ ſit.ſ.
de of.ord. inter cætera [Abſque coactione]&c.Hic vult dicere ꝙ
27 viſitator non debet † queq̃ cogere , vt dicat quæ ſint corrigenda
circa hæc quæ ad ipſum officium ſpectant , ſed ſimpliciter quæ-
rat,& volentes reſpõdere audiat,& idem credimus in ẽpo,& quo
libet alio viſitante:tamen bene poteſt eos cogere rñdere veritatẽ
de his ſuper quibus inquirit.& ꝙ ad viſitationem conueniant,&
in his quæ ad ipſum ſpectant eidem obediant,quia cui commit-
titur principale & acceſſoriũ.ſ.de of.dele.c.i.& c.prudentiã. §.pe.
& vlt. Alioquin deluſoria eſſet talis viſitatio & iuriſdictio ſi coer

ctionẽ aliquã non hẽet.ſ.de of.dele.præterea.& c.ex literis.ſm d.
28 n.Dicas ꝙ de occultis † nemo compellendus eſt dicere veritatẽ .
vt patet ſ.de accuſa.qualiter.ij. §. formam.& ca.inquiſitionis.§.j.
ver.nec ad petitionem eorum . nec ab initio iuramentum exhi-
bere,per quod aliquid promere diſtringatur . ex quo aũt aliqua
ſine iuramento referuntur corrigenda , poſtea poterit inquiſitor
exigere iuramentum,& ſic intellige gloſſam præmiſſam [Nunc
leuia nunc aſpera]al.iij. di. ſit rector . ſicut alias dicitur de vino &
oleo infundendo.xlv.diſt.diſciplina. ſ.de poenit. omnis. [De ali-
quib.] De quibus alij interrogati de plano nihil dicunt ſicut præ-
miſit[Solerter]alias ſolenniter[Inquirunt]ſeruata forma.ſ.de ac
cuſa.qualiter.ij.[Denuntiet]Hæc gloſſa denũtiationis,de qua hic
tangitur doctrinam breuem & vtilem(quam nec patres mei ha-
29 ctenus tradiderunt) omnib.denuntiat, ꝙ denuntiationum †alia
euangelica , alia iudicialis,alia canonica . Euangelica eſt illa quæ
fit ad hoc tñ , vt peccator confiteatur peccatum & pœnitẽtiam
agat, & habet locum in peccato non omnino occulto,licet oc-
culto ſed probari poteſt . omnino.n.occulta ſunt diuino iudicio
relinquenda ſ.de ſimo.ſicut tuis.ad fi.& c.ſeq.in fi.vj.q.i.ſi oĩa.32.
q.v.chriſtiana.ad hanc tenetur prælatus& quilibet quantũcunq;
infamis admittitur.& ſic intellige.ij.q.j.ſi peccauerit. ſ.de teſti.in
omni.quia nec refert quis denunciet dummodo aĩa ſaluetur , ad
hoc ſ.de ſpon.præterea.ſ.de cogna.ſpiri.tua. ſ.de iureiu.quemad-
modum.§. fi.in quo caſu non incongrue intelligi põt , quod ait
dicit lex de bona fide .ſ. ꝙ qñ de ea agitur non congruit de iuris
apicibus diſputare ff.mandati.ſi fideiuſſor. §.quædam. Quid ergo
ſi peccator velit vti ſubtilitate,& excipere ad hoc,vt remaneat im
punitus? Vere huiuſmodi ſubtilitates a ſacerdotibus merito re-
pellentur.ff.quib.mo.pig.vel hyp. ſol.ſicut re corporali.§.antepe.
Sed & caueat denuntians ꝙ peccatorem conuincere poſſit:nam
ei ſoli non crederetur,etiam ſi epiſcopus eſſet.vj.q.ij.placuit. & c.
30 ſi tñ.iiij.q.iij.ver.item iuſiurandi.Iudicialium † alia publica,alia
31 priuata.Publica † iudicialis poteſt dici illa quæ competit ex offi-
cio ſuo in qua nec monitio requiritur. de hac loquitur hic.& C.
de accu.ea quidem.& 15.q.vj.ẽps in ſinodo.& ad hanc denuntia
tionem epiſcopus inquirere tenetur.ar.ij.q.iiij. Mẽnam.& c.olĩ.
& ſi ẽps nollet inquirere archiepiſcopus de hoc inquiret:quia ad
eius curam hoc pertinet.ix.q. iij. cum ſimus.& ca.ſequen.ſm.d.
35 n.Priuata † vero iudicialis põt dici illa quæ ratione intereſſe cõ-
petit:vt ſi aliquis mihi iniurietur,vel rem meam auferat. In hac
ſi in foro ciuili fiat : non requiritur monitionis probatio , & hẽt
locum quando is qui opprimitur non põt agere : puta quia ſer-
uus eſt,vel poteſtati ſubditus vt libertus, vel filius,vel vxor,& ſimi
les,& in his quæ ſpectant ad forum venale. & ruſticus oppreſſus
a dñis.ff.de offi.præfec. vr.l.i.§.ꝙ autem. & §.cum patronus.& §.
cum armis.& ſequentibus.Et idem põt dici in omnibus paupe-
ribus oppreſſis , & generaliter in omnibus criminibus.ar.ff.de of·
fi.præſid.l.ni.§.vnico.& l.illicitas.j.rñ.& §. ne potentiores.& ſequẽ
ti.& l.congruit.& l.diuus.& l.ſenatus.in Auth.de man.prin. §.ſit
tibi.colla.iij.in Authen.de collatoribus.§.iubemus.ij colla.ix. In
ſti.de his qui ſui iuris ſunt.§.dominorum . & §.ſequenti.ff.de off.
proconſul.nec quicquam . §.de plano. Quid ſi homines denun-
tient de domino ſuo talia,quæ manifeſta ſunt , & famoſa & me-
rito timetur ne exiſtat grauior, & ipſos plus ſolito angariet & af
fligat? Dicas ꝙ iudex ex quo de hoc ſibi conſtiterit per probabi-
les coniecturas , vel aliter eis medeni faciat per pœnę impoſitio-
nem & ſufficientem cautionem ſi poſſibile ſit.ar.ſ. de præſump.
literas. §.fi.ff.ſi qs iuſdi.non obtem.l.vnica. vel ipſos vſque ad fi-
nem denuntiationis faciat ſequeſtrari,& ad hoc faciunt dicta iu
ra.& ff.de adulte.ſi poſtulauerit. §.ratio.ff de quæſtio.l.i.§.penult.
ff de appella.Imperatores. ff.de his quibus vt indig.ſi inimicitiæ.
ff.qui ſatiſda.co.ſi fideiuſſor.§. fi.ſ.vt lit.non conteſt. qm frequen
ter.§.fi.ſ de reſti.ſpo literas.§.fi. & de elec.tranſmiſſa.ſ.de ſpon.cũ
locum. Verum licet iſtud caſualiter dixerim obſeruandum,lex ta
men videtur hoc generaliter concedere in qualibet iniuria cuius
probatio difficilis eſt,vt.ſ. hoc modo poſſit denuntiari denuntia-
tione priuata, quam vocat hæc gl. priuatam ratione priuati inte
reſſe,ſed lex alia ratione conſiderata ipſam publicam vocat:quia
ſcilicet iudex ex officio in ea procedit & publice,ſi tamen hac de
nuntiatione actum ſit recuperabitur res & ceſſabit priuatum iu-
dicium,ideſt auxilium ordinarium,ſic intellige. ff.de iniuriis . ꝙ
ſenatus.ff.de furt.interdum.ij.§.qui furem . Si autem denuntia-
tio fiat in foro canonico requiritur trina monitio, expeditur ta-
men de plano.& ſine libello , & elicitur hæc iudicialis ex euan-
gelica.Probantur ſuperiora.ſ.de iudi.nouit.reſpon.primo.ver.ſed
33 cum dominus.& ver.Rex Angliæ.& §.fi.ver.fi.ſic † ratione pecca
ti quaſi omnis cauſa coram iudice eccleſiaſtico agi põt.ſ.de iud.
nouit.reſpon.j.ver.non enim.ad hoc vj.q.i.illi qui.11.q.i.prædicã-
dum.xiii.q.vi.ſi res.14 q. 3.ecce. ſed hoc intelligendum puto qñ
iuramentum interuenit,vel agitur de pacis fœdere,vel in defectũ
iuſtitiæ, vel vbi denuntiantes pauperes ſunt & oppreſſi, vel quan-
do notorium eſt delictum , vt probat dictum capitulum nouit .
& ſ.de contrahen.emp.& ven. placuit. 13. q. v.adminiſtratores.

.xxiiij. q.iij.ſi quis de potentibus. & ca.ſequentib.in Auth. vt diffe.
iud. coll. ix. Alioqnin ſi hoc generaliter intelligeres nihil aliud
eſſet q̃ laicis totam iuriſdictionem ſuam ſubtrahere, quod nõ eſt
faciendum. ſ.qui fil. ſint leg.cãm quæ.ij.reſtringatur ergo quia &
in multis aliis articulis infinitis reprobatur. ſ.de reſcrip. extra. cũ
in multis. Ad hanc denuntiationem admittas quemlibet quem
34 admitteres ad agendum.†Canonicarum vero denuntiationum,
35 alia poteſt dici ſpecialis,alia generalis. Specialis† canonica denun
tiatio competit illi ſoli cuius intereſt habere bonum prælatum,
vel bonum ſubditum eccleſiaſticum, & fit ad hoc vt quis de be-
neficio ſuo remoueatur.xvj. q. vij. filijs. In hac requiritur triplex
monitio,& qui non admitteretur ad accuſationem non admit-
teretur ad hanc denuntiationem.ſ. de accuſa.cum oporteat.& c.
cum dilectus.ſ.de ſim.licet Heli.& c.per tuas.ij.q.vij. accuſatio.&
c.ſequen.ideoq; accuſatio & talis denuntiatio equiparantur. ſ.de
36 appella.cõſtitutus.ij.§.fi.Canonica† generalis & publica põt dici
quando agitur de numero diſſoluendo vel impediendo, vel quã-
do agitur de peccato in iudicio eccleſiaſtico corrigendo, in quo
principaliter aliquod non includitur intereſſe, ad quam denun-
tionem admittitur etiam is qui non admitteretur ad accuſatio-
nem, in qua etiam nec trinam admonitionem requiro. de hac
ſ.de deſpon.impu.ad diſſoluendum. ſ.de ſpon.preterea.ij. ſ.de clã
deſpon.cum inhibitio.quam & ſi denũtians detracter proſequi,
iudex ipſam ex officio nihilominus exequatur.ſ.de ſpon.cum in
37 tua. ſ.de iureiuran.ad noſtram.ij.ſ.de appella.oblatæ.§. fi. † Eſt &
regularis denuntiatio.i. proclamatio in capitulo quam glo. non
proſequitur.quia nec canonicis ſanctionibus quo ad ſubtilitates
nimias alligatur, ſed ſecũdum obſeruantias regulares & diuerſas
religioſorum inſtitutiones de plano & ſimpliciter expeditur, in
qua nec eſt appellatio admittenda.ſ.de appella. ad noſtram. & c.
reprehenſibilis.§.vlt.& c.cum ſpeciali.§.fi.& ſ.de accuſa.qualiter.
ij.§.fi.& j.eo. c.in fi. Vnum tamen non omittas q ſi prælatus q̃-
uis religioſus in mortali conſtitutus notorius, vel infamatus in-
corrigibilis ſit,& propter hoc appelletur a ſuo ſubdito,aut appel-
lationi deferet, aut pro tanto exceſſu ſatisfacere compelletur. ſ.
de app.de priore.quia nec ad talem pertinet iudicialis correctio.
iij.q.vij.iudicet. Sed & ſunt religioſi ſecundum regulam miſeri-
38 corditer† corrigendi non indifferenter & paſſim (dũtamen corri
gibiles ſint) more latronum in grauem carcerem detrudendi ſe-
cundum normam prauæ conſuetudinis, quæ quaſi pro lege in
quibusdam eccleſiis inoleuit. ſ.de ſta.mona.ea quæ.reſpon.j.ad fi.
licet etiam ad abbatem ſpectet correctio, eſt tamen ſi nimis gra-
uis ſit de conſilio conuentus ſiue capituli temperanda. ſ.de app.
reprehenſibilis.§.fi.& ſ.de his quæ fi.a præla.nouit.& c. ea noſci-
tur.¶[Notoria]vj.pars.Quid ſit notorium,quid manifeſtum,quid
fama,quid rumor,quid occultum omnino, quid penè occultũ,
Dic vt plene no.ſ.de coha.cle.& mul.veſtra. & in Summa ipſius
ti.§.fi.[Examinatione non egent]vt ſ.de ele.bonæ.j.§.contra. in
his.n.ordo iudiciarius eſt iuris ordinem non ſeruare. ſ.de iureiu.
ad noſtram.iij. [Negligentia] ergo a contrario alias non debet
corrigere,niſi conſtet de negligentia vt hic, vel niſi ſibi viſitanti
gratis ſine coactione fuerit nunciatum.vt no.ſ.e.§.prox. Vel niſi
aliud habeat de conſuetudine,vt in aliis caſibus no.ſ.de ſup.neg.
præla.extra. Romana.§.q ſi. [Etiam poenam] certam ſi reperiat
iure determinata,alioquin arbitrariam,quod dic, vt no.ſ.de offi.
dele.de cauſis.¶Procurationes]vij.pars[In canonib.] x.q.iij.rela-
tum.ſ.eo.cum apoſtolus.& c.ſeq.& c.ſopitæ. & ca.cum ſuper.&
39 no.ſ.e.c.ij. [Nullã tamen pecuniam]quæ eſt a† vere philoſophã
tib.contẽnenda.ff.de vaca.mune.in honoribus.§.philoſophus.in
Auth.de conſulib.§.ſpargere.coll.iij.C.de profeſſ.medicos. li.xii.
ff.de iuſ.& iure.l.j.circa prin.xii.q.ij.gloria epiſcopi.ver.Socrates.
40 nam ex quo† ciuilis ſapientia pretio nummario non eſt dehone
ſtanda.ff.de var.& extraord.cog.l.j. §.eſt quidem res ſanctiſſima.
multominus eſt canonica deprauanda, quæ tamen non imme-
rito multum timet de auaritia clericali.vt ſ.eo.ex parte. & ca. ea
quæ.ſ.de decimis.c.j.ad fi.ſ.de offi.ord.irrefragabili.§.vlt. [De ſua
41 familia]clericus† vel laicus equeſter, vel pedeſter, & eſt hoc ius
inductum ad remouenda grauamina ſubditorum. ſuper quo vi-
de,quod no.ſ.de ſimo.& ſi quæſtiones[Alicuius officij] ſicut ſcri
ptor,vel ſigillum deferens.ſ.de ſimonia.c.j.j.q. ij. ſicut epiſcopũ.
in Auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffr.§.hæc oĩa.& §.ſic igitur.coll.ii.
hoc ſi ratione viſitationis petatur,ſed non intendit damnare cle
ricum ſi literas faciat.& habeat aliquid pro labore.at.xij. q.ij.cha
ritatem.& c.eccleſiaſticis.niſi forte ſalarium perciperet de publi-
co:quia tunc deberet eſſe contentus ſtipendiis ſuis.23.q.j.milita
42 re[Conſuetudinis]in talibus ergo † non prodeſt cõſuetudo:quia
irrationabile cenſetur ex quo per ſedem apoſto.reprobatur.xj.di.
quis neſciat.& xii.di.c.j.& ij.& per ꝯñs præſcribi non põt.ſ.de cõ-
ſuetu.c fi.[Eorum nomine] .i.archiepiſcopi vel familiæ. xlvj. di.
43 ſicut non ſuo nomine.[Sed in victualibus tantum]horum† no-
mine continetur cibus,& potus, & veſtis, & ſtramenta,quæ.ſ.ne-
ceſſaria ſunt homini ad viuendum.ff.de verb.ſig.victus.& l quos
non.§.fi.& hoſpitium.vt ff.de ali.lega.l.legatus.& calciarium.quæ

non videntur remiſſa.& ſi ſuper alimentis tranſactum ſit, niſi &
ſpecificentur.ff.de tranſac.cum hi.§.eum qui tranſigit.ſed nec in
his eſt eccleſia grauiter oneranda vt ſequitur [Moderatas] ne qd
fiat in grauamen eccleſiæ,vel vltra facultates eccleſiarum. ſ. eo.
cum apoſtolus.ea quæ.ſopitæ. cum inſtantia. & vt in gratiarum
actione recipiatur,quod læta facie miniſtrabitur, vt non videan-
tur quæ ſua ſunt quærere,ſed quæ Ieſu Chriſti.vt ſ. eo. cum apo-
44 ſtolus.& j.e.§.caueat.†Sunt.n. qui Deum non propter Deum q̃-
runt vel diligunt, ſed tñ ꝑ nummũ hi venantur tẽporalia cõ-
moda honoribus inhiantes.viij.q.j.ſunt in eccleſia Conuiue con
ſidera ne qui in patris tui tugurio ruſticali milio & cibario.i fami
liari ſeu groſſo pane vix ventrem rugiẽtem ſaturare poteras. nũc
noteris mella & ſimilam faſtidire.xii. q.ij.gloria epiſcopi. nam
confuſio & ignominia eſt Ieſũ crucifixũ pauperẽ & eſurientem
falſis prædicare corporibus, & ieiuniorum doctrinam rubentes
buccas tumẽtiaq; ora proferre.ſm Hier. 35.di.eccleſiæ principes.
Sufficiat ergo tibi q recipiaris læta facie, & ſi presbiter ſibi non
ſufficit.& per ꝯñs neque tibi ſtudeas eius inopiam releuare,ne de
te dici valeat ſolus eps incumbit donis,ſolus vtitur miniſterio,ſo
lus vniuerſos occidit, ſolus ſibi vendicat vniuerſa.xciii.di.diaco-
ni.poſt mediũ.ver.mẽdicat in plateis infælix clerus &c.¶Caueat]
45 viii.pars[Aliquod munus] .i. ex quacunque cauſa† multominus
donum quod ſine cauſa fit.ff.de ver.ſign.inter donum [Quodcũ
que ſit]ſiue magnum,ſiue paruũ,ſiue diſtinctione,hic ergo locũ
habet.Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere. j.q.j.ſunt
nonnulli.non ſic reſtringuntur legati cardinales,in quibus dic,
vt ſ.de ſimonia.& ſi qõnes.excipe eſculentem & poculentum. ff.
de offi.præſi.plebiſcito.& exẽnia, quæ non producantur ad mu-
nerũ qualitatem.ff.de offi.proconſul.ſolent.in fin.tñ mens literæ
iſtius contrariũ innuit.quod dic,vt no.ſ.de ſimo.& ſi qõnes [Re-
cipiens]ſic ergo poena ſuos teneat authores. ſ.de his quæ fiunt a
maio.par.ca.quæſiuit.24.q.iij.ſi habes [Maledictionem].i.poenã
æternam.quæ pro mortali debetur.Gen.iij.niſi duplũ reſtituat il-
li a quo recepit. ergo aliter non poteſt abſolui nec poenitentia
iniungi,qa non dimittitur peccatũ niſi reſtituat̃ ablatũ.xiiii.q.iij.
ſi res.ſ.de vſur.cum tu.§.j.ad fi.[Fraudem]quæ nemini patrocina
ri debet.ſ.de reſcr.ſedes.in fi.¶Hanc aũt]ix.pars[Viſitãdi forma]
de qua dictũ eſt.ſ.§.ſane vſq; hic[Ordinario iure]hoc iõ dicit qa
ſi delegato a ſede aplica iure inquirant,ſibi formã iniunctã ſerua
re tenentur.ſ.de reſcr.cũ dilecta. idẽ ſi ab inferiori mittaoẽ, hoc
excepto q ptãtẽ q̃ non habent aliis non cõmittent.ſ.de iu.pat.q
46 aũt.in fi.j.q.vij. Daibertũ. Sed nunquid† delegatus ap.ſe hanc for-
mã ſeruare cogit̃? Nõ,puto triplici rõne. Prima eſt qa vices Papæ
gerit.xciij.di.c.vlt.xciiij.di.c.j.Secũda qa maior eſt epo.ſ.de of de-
leg.ſane quia. ergo non includitur ſub hac clã gñali.ſ.de reſcr.ſe
des.j.de ſen.excõ.extra.qa periculoſũ. Tertia qa eccleſia Roma-
na priuilegiũ ꝯcedere ꝯ̃ ſe minime ꝯſueuit.ſ.e.cũ inſtantia[Plene
obſeruari]in caplis in qb.põt.ſ.de ſta.mo.c.fi.in fi.nã aliqua ſunt
q̃ archiepm tangunt ſpãliter,& hunc ſolũ,vt patet.ſ.e.c.fi.§.j.vſq;
ad §.ſane.itẽ in §.ſane.ad fi.& quo ad formã i quæ dictis.§§.ꝯtine
tur non põt valere ꝯſuetudo ꝯ̃ria,vt no. ſ.e.§.deinde.ſuper ver. li-
ceat ei.Itẽ in.§.notoria. & illa eps iure ſuo puniet cũ ſit ordinari⁹
totius diœceſis.xi.q.j.de perſona. niſi forſan ꝯ̃ria eſſet ꝯſuetudo.
ſ.de exceſſ.præla ad hæc. & niſi in religioſis quorũ correctio pri-
mo pertinet ad abbatem ſ.de offi.ord.quanto.§. vlti. vnde & hic
ſequitur[Saluis ſuper hoc] &c.ver. quod dic vt no. ſ.e.§. ſane.ſu-
per verbo,denunciet.ver.eſt & regularis.

¶De regularibus. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Pupillus non eſt aptus ad matrimonium contrahendum neque carnale, neque ſpirituale.

2 Monachum facit,aut paterna deuotio,aut propria profeſſio.

3 Impubes ingreſſus religionem an poſt quintum decimum annum poſſit exire.

4 Præſumptio iuris,& de iure non admittit probationem in contrarium.

5 Clerici ſeculares non debent recipi a monachis tanquam fratres, nec monachi ad præbendas.

6 Impubes quando per habitum profeſſionis delationem cogitur profiteri, & quando pubes nu. 7.

8 Profeſſus quis tacite non videtur, vbi habitus profeſſionis eſt diſtinctus, ſi nõ ſumpſerit habitum.

9 Pubes religionem ingrediens in quatuor caſibus obligatur profiteri.

10 Impubes etiam in quatuor caſibus obligatur religionem profiteri.

11 Ingreſſus religionem antequam religioni per profeſſionem obligetur, nec eligere, nec eligi poteſt. & nu. 13.

Et quid ſi ſtatim cum ingrediuntur dixerunt ſe velle obligare, an poſſunt eligi, & eligere nu. 12.

14 Ingreſſus monaſterium ſi poſt arctatum fuit contra eius opinionem, an poterit exire.

15 Maior ſeptennio an poteſt mentiri, & alia peccata committere, & an plenũ habeat intellectum.

CAP. PRIMVM.

IS qui monaſterium. Si quis impu-
bes religionem ingreditur,factus pubes,niſi ꝓ
feſſionem fecerit ex quo pubes fuit,vel habitū
profeſſorum recepit, vel profeſſionem in pu-
pillari ætate factam expreſſe ratificauerit infra
xv.an.ad ſeculum libere regreditur: quintode-
cimo autem anno elapſo profeſſus præſumitur,non obſtante in
diſtinctione habituum, dummodo profeſſorum vel nouiciorū
habitus ab aliorum cum eis vitam communem ducentium ha-
bitu diſcernatur. Quod ſi pubes ingrediatur & per annum ſtete-
rit,profeſſus præſumitur,etiam ſi inter profeſſorum,& nouitiorū
communem vitam ducentium cū eis habitus nulla diſtinctio
habeatur. Quæ ſit autem ratio diuerſitatis dictorum duorum ca-
ſuum,ideſt quare ſit aliud iuris in primo, q̄ in ſecundo in textu
redditur. Qualiter autem intelligantur diſtincti habitus declara-
1 tur[Ante quartumdecimum]ſic loquitur de pupillo †qui nō eſt
aptus ad matrimonium contrahendum.Neque carnale.s̄.de ſpō
ſa.duo.s̄.de deſpon.imp.c.ii.& iij. vbi plene de hoc no Neque ſpi
rituale.vt hic.& xx.q.i.c.i.& ij.& s̄.eo.ſignificatum.& ca.ad
noſtram.& eſt ratio quia non habet plenum intellectum.ī.eod.
§.quoniam.ver.ſecus autem[Ingreditur]non dicit offertur a pa-
rentibus nam tunc videretur fortius alligatus,ideo dicitur ꝙ mo
2 nachum facit † paterna deuotio.vbi.ſ.eſt impubes,aut propria ꝓ-
feſſio.vbi.ſ.eſt pubes.& ſic hæc duo æquiparari videntur.xx.q.i.fir
ma.& c.monachum.s̄.eo.cum virum.ſed non eſt ita:nam quod
dicitur ꝙ paterna oblatio facit monachum intelligendum eſt
occaſionaliter.ſ. ſi non ꝯtradicat in principio ſextidecimi anni,
tunc enim exire poteſt ſi vult.s̄.eo.cum ſimus.xx.q.i.illud. & q.3.
præſes.vel intelligitur de honeſtate: quia honeſtum eſt,ꝙ fili⁹ pa-
ternam oblationem ratam habeat, ſicut intelligitur & exponit
in matrimonio carnali contracto per patrem nomine filij, quē
debet.i.decet hoc omnino adimplere, ſic exponitur.s̄.de deſpon.
impu.c.i.[Niſi eo completo].ſ.quartodecimo anno[Profeſſionē
faciat]ſolenniter more ſolito[In ſequenti].ſ.quintodecimo[Vel
habitum]ver.[Profitentibus]vbi diſcerni poteſt,alioquin ꝯ ī.eo.
§.ſeq.& §.fi.[Seu profeſſionem]verſi.[Prius].ſ.in pupillari ætate.
[Expreſſe]infra annum, ergo quintumdecimum non intelligit
tacite profiteri[Libere]ver.[Non obſtante].ſ.cuiuſquam cōtra-
3 dictione[Infra ipſum]i.†quintumdecimum annum.ergo a con
trario poſt quintumdecimum annum non licet. & ſecundum
hoc intellige iura ſupra inducta.& s̄.e.ſignificatum. & c.poſtula-
ſti.Sed contra:quia videtur ꝙ ēt completo quintodecimo anno
infra triduum exire poſſit.s̄.e.ad noſtram. ſed ſecundum Gof. in
caſu illo ēt infra annum exire poſſet.ſuper quo reddit quinq; ra-
tiones.Prima,quia impetuoſe,& ſine deliberatione intrauit. s̄.de
voto.c.ij.& ſic non fuit obligatus quo ad Deum,qui cor interro-
gat & non manum.xiiii.q.v.ſi quod inueniſti.xx.q.v.c.i.Secūda,
quia illectus fuit.30.q.iii.conſtituit.Tertia, quia prope pueritiam
intrauit.C.de fal.mo.l.i.ante fi. Quarta,quia ſine probatione ha-
bitum ſuſcepit.xix.q.iii.monaſteriis.ſed de quatuor rōnes,pſunt,
vt no.in Summa.e.ti.§.& vtrum.Quinta,quia infra triduum exi-
uit.hæc ſola eſt efficax,nec.n.videtur magna vis ſi triduum con-
cedebatur:quia prope eſt & ineſſe videtur.arg.C.de ætro. adu.l.3.
& C.de iud.l.fi.s̄.de ele.in cauſis.reſpon.i.ad fi.& c.officij.§.nos au
tem.ff.ſi cer.pe.lecta.& s̄.de deſpō.imp.atteſtationes. vbi de hoc.
¶[Quod ſi per totum]ij.pars[Sequentem].ſ.quintumdecimum
permanſerit in habitu fratrum,quamuis nullus præmiſſorum ca
ſuum trium interuenerit[Accipe] ver. ī.ſequentem profeſſionē
&c.[Vbi]ver.i.in quo monaſterio[Indiſtinctis] ab habitu cōem
vitam cum eis ducentium diſtincti.alioquin contra.ī.eo.ver niſi
tanta.[Profeſſionem]ver.per hoc.ſ.quia per annum quintumde
cimum ſine reclamatione remāſit ibidem ſic inductus[Feciſſe]
tacite per lapſum anni[Prius fecerat]in pupillari ętate,& hæc eſt
differentia inter hunc §.& s̄.i.rñ.qa ibi requiritur expreſſa ratifica
tio,nec ſufficit tacita,vt hic videtur,ideſt præſumitur præſumptio
4 ne iuris.& de iure,†quæ non admittit probationem in ꝯriū.s̄.de
ſponſa.is qui fidem.quod dic,vt ibi plene no.& in Summa de ꝓ-
ſump.c.ij.ſub.§ ſecunda.ver.alia iuris & de iure[Niſi tanta]verſi.
excipit ab eo quod ſupra dicebat.ver.niſi ꝓfeſſorū.vt ibi no.[Cō
munem cum eis]puta presbiteris & clericis:quia oēs ſūt quaſi in
habitu ſecularium clericorū;quod tñ eſt per epm corrigendū. s̄.de
teſta.c.quia ingredientib.ſicut & qñ arant in boue,& in aſino. s̄.de
5 ele.cū cām quæ inter presbiterū. nā non debent clerici† ſeculares
a monachis tanq̄ fratres & monachi recipi ad præbēdas: poſſunt
tñ ibidē beneficiari,tanq̄ clerici & perpetuo intitulari,qđ ſi factū
fuerit,& monaſteria ſubſint epīs,nō niſi ꝑ diœceſanos talib.bene
ficiis priuari poterunt,& ſi fuerint criminoſi.s̄.de ſta.mo. ea q̄.§.
præcipimus.& ſm hoc ſoli monachi bñficia dare poterūt, auſfe
re non poterūt,ſicut als dī de epo.xv.q.vij.eps.Sed ꝯ.ī.de priuil.eo.
volentes.§.fi.q incipit ſane ga.ſolo ibi. De talib. & alr vitā cōem
ducentib.intelligas qđ hic dixit[Penitus]ſi.n.poſſit notari aliqua
dña obligarentur.vt s̄.Quid ergo in hoc caſu, nunquid cogēdus
6 †eſt profiteri? Non præciſè,ſed cauſatiuè.vel vt profiteat vl exeat
s̄.de ele.cū cām q.ad fi.ſed ſi pubes intraſſet,tunc præciſè cogeret
vt ſequitur.& quæ ſit rō diuerſitatis colligitur.ī.e. qm̄. & ſm hoc
c.& ea quæ no.s̄.& ī.notata ſunt,intellige qđ no.in Sūma. e.tit.§.
ad quid teneatur.& §.qualiter.& §.vtrū.¶[Qui vero]iij.pars[Poſt
quatuordecim]& ſic pubes.vnde fortius obligabatur q̄ impubes.
vt no.s̄.§.prox.& ī.ſequitur [Aſſumſerit] in monaſterio in quo
7 certa regula obſeruatur,alioquin†& ſi per plures annos ibi mora
retur non cogeretur præciſè,ſed cauſatiuè, vt vel profiteatur, vel
exeat.qđ dic,vt le.& no.s̄.e.ti.vt cle.& de teſta.c.ij. §.i. ſuper ver.ꝑ
plurimos.& de ele.cū cām quæ.in fi.[Si per annū]ver.[Ex tūc].ſ.
cōpleto anno a tpe ingreſſus cōputando q in fauorē inductus &
datus eſt vtriſq;.vt s̄.e.ad aplicā[Præſumitur]tacite præſūptione
iuris & de iure.vt no.s̄.§.prox.ſuper ver.vl[Minime diſtinguunt]
8 ergo a ꝯrio†vbi habitus diſtinguuntur non vīr profeſſi tacite,ni-
ſi receperint habitū profeſſorū. immo ſm rlam beati Benedicti
in eadē veſte ad ſeculum redire poterunt qua venerūt.& ſm hoc
intellige.s̄.e.ſuper eo.& ſi ſic intelligatur vr melior ꝯdō puberū,
q̄ impuberū:qa impuberes in hoc caſu oīno obligantur. vt s̄.§.
prox.ſed impuberes melioris ꝯdōnis ſunt.vt in ſeq.caſu.ſm rlam
q in vno grauatur in alio releuetur.ff.de iureiu.eū qui.s̄.de tranſ.
epi.inter corporalia.§.vlt.s̄.de parochiis. ca. j. tñ huic intellectui
mens rōnis repugnat,iō ſubaudi.s̄.ſuper ver.profeſſus.ēt ſi intra-
uit monaſteria[Vbi].i.in quib.[Profeſſi]&c.ergo idē ſi diſtinguū
tur,ſed & hoc.ſ.ꝙ minime diſtinguuntur. iō dicit vt ꝯgrue poſſit
ꝯtinuare.ver.ſequentem & inter puberē, & impuberem dñiam
notare.vnde & ſequitur.[Etiam ſi.]verſi.[Similib.] ſed impubes
non obligaretur in caſu iſto.vt s̄.e.§.prox.ver. niſi tanta. Diceret
qs quæ eſt rō diuerſitatis,ꝙ pubes obligat in caſu iſto,& impubes
non obligatur,& ipſe reſpondet in ſeq.§.qm̄ &c. ¶[Qm̄ cū iam]
iiij.pars.in qua reddit rationem diuerſitatis eorū quæ præmiſit.
vt nota.s̄.§.proxi.ad fin.ſuper verbo,ſimilibus[Hic]ſcilicet pubes
[Diſcretionis annos]vt pater.s̄.eod.§.proxi. ad finem. ſuper ver-
bo,ſimilibus.in princip.& in concord. ſigna. s̄. eod. reſpon. pri-
mo.ſuper verbo,ante quartum decimum. [Agnoſcit]ideſt agno-
ſcere præſumitur.vt s̄.de ſenten.excommuni.cum illorum. §.vl-
ti.verſic.penult.& hic ſequitur ſtatim[Ac ideo]ver. ſcilicet, quia
agnoſcit quid agit[Diſcretionis tempore] ideſt pubertatis.vt ſu-
pra[Poſtquam hunc]ſcilicet ordinem[Probauerit] in habitu re-
ligioſorum.vt s̄.intelligitur,& præſumitur. ſcilicet præſumptio-
ne iuris.& de iure.vt s̄. [Firmiter] adeo ꝙ pœnitere non licet: ſic
9 ergo † pubes ingrediens in quatuor caſibus obligatur adeo ꝙ ad
ſeculum reuerti non poteſt. & ſi ex cauſa ad laxiorem religionē
permittatur tranſire.s̄.e. c.conſulti.& cap.ſuper eo. Primus eſt ſi
biennio habitum profeſſorum recepit.vbi.ſcilicet habitus diſtin
guuntur.Secundus ſi profeſſionem ſolenniter emiſit. Tertius, ſi
euidenter appareat ꝙ voluerit vitam mutare quod multis mo-
dis accidit.vt not.ſupra qui cleri.vel vo.meminimus.conſuluit.
Inſinuante.& s̄. cap.ſtatuimus. Quartus ſi in habitu communi
ſine reclamatione aliqua annum probationis compleuit. vt hic
colligitur.& s̄.eod.ſtatuimus.& ca.ex parte. Addas & Quintum.
ſ.ſi iurauit ꝙ nunquam exiret.s̄.de iureiuran.ſi vero.& c.cum cō
tingat.& s̄.quod met.cauſa.ca.fi.C.ſi aduerſus ven.auth.ſacramē
ta puberum. & Sextum quando ſub hac conditione manumiſ-
ſus fuit ſiue impubes fuerit ſiue pubes. s̄. de ſeruis non ordin.
10 eo libentius.s̄.de condi.appo. c.j Impubes† vero ſimiliter in qua-
tuor caſibus obligatur. Primus eſt quando completo anno quar
todecimo in religionem quam intrauerat in pupillari ætate pro
feſſionem fecerit. Eſt ſecundus quando vbi habitus diſtincti
ſunt quatuordecim annorum factus habitum profeſſorum ſu-
ſcepit.Eſt tertius quando profeſſionem in pupillari ætate factam
pubes factus expreſſe ratificauit.vt colligitur.s̄.eo.reſpon. primo.
Eſt quartus quando quartumdecimum annum ibidem com-
pleuit in habitu etiam indiſtincto, dummodo non ſit ſimilis
omnino habitu cohabitantium in communi, in quo caſu non
obligatur, licet pubes ingrediens obligaretur, vt s̄. dixit .§. i.& ii.
& in hoc ſolum poteſt notari differentia inter iſtos. Vnum etiā
11 notabis circa hanc† materiam valde notabile, ꝙ antequā ingre-
diens religionem, quam ingreditur obligatus ſit, nec eligere po-
teſt cum frater non ſit,ad fratres enim tantum ſpectat electio ſe
cundum regulam beati Benedicti.ſecundum iura.xviii.q.ij.c.ab
batem.ii.& c.q̄ ſit.& c.abbas.& in Auth. de ſanct.epi § iubemus
igitur abbatem.coll.ix.nec eligi. vnde & ſi non profeſſus electus
ſit eſt quantumcunque abbatiam rexerit remouendus.s̄.de elec.cū
in magiſtrum.quia initium vitioſum fuit quod in talibus eſt ſpe
12 ctandum.s̄.de elect.dudum.i.& ij.Quid in caſibus in quibus† in-
gredientes ſtatim dicimus obligari,nunquid tunc poſſunt elige-
re & eligi?Non,Tum quia nouitij & inexperti ſunt vnde eligi nō
debent.s̄.de elect.officij xix.q. ij.monaſterijs.Tum quia non ſunt
fratres illius monaſterii quod ingreſſi ſunt, licet enim obligati
ſint religioni in genere,non tamen illi monaſterio, ſic intelligi-
mus

mus extra.d.n ſ.eo.non ſolum.quod quidam habent, quidā nō.
& hoc verum eſt infra annum a tempore introitus numerandū.
nam eo elapſo omnino monaſterio remouent obligati.vt ibi.&
ſ.eo.c.§.prox.& c.ſtatuimus.& ſecundum hoc intellige ſupradi-
13 ctos caſus,ergo breuiter infra†annum nec eligere, nec eligi pōt,
poſt annum non poſſunt eligere, ſed & eligi, dummodo ordo
ætas & aliæ circunſtantiæ concurrant,& merita ſuffragentur.ſed
melius eſt, vt intelligas ꝙ quamuis anno elapſo exire non poſſit,
tanquam profeſſus iaci è cum in pœnam non profitentium ſta
tutum eſt ꝙ ille,qui expreſſe profeſſus non eſt omnino intelligi-
bilis ſit,quod dic,vt no.ſ.de ele.cum in magiſtrum.& adde quod
no.ſ.e.ca.§.qui vero.reſpon. i.ſuper verſi. aſſumpſeri. ſed & hoc
no.ꝙ licet ingrediens renuntiare poſſit beneficio illius conſtitu-
tionis ſtatuimus.non tamen illius,non ſolum. & eſt ratio diuer-
ſitatis:quia prima conſtitutio fuit in fauorem ingredientiū,ſecun
da vero in odium recipientium,vt ex verbis ipſarum, & his quæ
ibi no.colligi poteſt. & ſecundum hanc gl. intellige quicquid in
Summa de hac materia notatum inuenies, & omnes gloſſas, &
omnia iura de hac materia loquentia.licet infinita appareant &
14 confuſa[Approbaſſe]Quid ergo ſi aliquis ſcholaris videt† mona
ſterium diſſolutum & deliciosum quo ad monachos ibi inhabi-
tantes, cogitat ipſe in domo patris mei omnes famæ pereunt;
hic ſaluabo ego corpus quicquid ſit de anima, & ſic ingreditur.
demum per viſitatores reformatur monaſterium & arctatur ſe-
cundum concilium.ſ.de ſta.mona.in ſingulis. & c. ea quæ.dicit
ipſe ſum miſer,ecce nimis cado,diſtant vltima primis, has vigi-
lias,diſciplinas,& abſtinētias non poſſem ego tollerare,vult egre-
di,nunquid licet?Hic habes expreſſum arg ꝙ non,de hoc tamen
dic,vt no.in Summa de voto.§.vtrum & per quem.verſi. quid ſi
aliquis ſcholaris & ver.contra.& ver. ſolutio. vbi inuenies hanc
quæſtionem plene diſputatam.& cum diſtinctione ſolutam[Se-
cus autem]ver.[Induit]vt ſ.eo.§.ꝙ ſi.per totum[Plenum] nam
15 aliquem habet: quia poteſt†mentiri, & multa alia mortalia cō-
mittere,vt ſ.de delict.pue.c.i.ſed non habet plenum quantum ad
hoc de quo hic quæritur,vt ſe alicui obliget religioni,vel etiā,alii
contrahendo,vt patet in his quæ no ſ.de reb.eccl non alie.extra.
dudum.hoc ſi ſit maior infante,minor enim ſeptem annorum,
nec ſemiplenum intellectum habet.C.de iure delib. ſi infanti. &
ideo talis ætas quid videt, ignorat. C.de fal.mo.l.i.ante fi.ff.de ali.
lud.mu.cauſa fac.nam & ſi.in fi.de conſ.di.iii.eos.& no.in Sum-
ma de delic.pue.ver.patet ex ſuperiorib.¶[Diſtinctos] v.pars.dixit
ſ.ꝙ in aliquibus locis non ſunt habitus diſtincti in §.i. & ii. & iō
hic oſtendit qualiter intelligantur eſſe diſtincti, & ponit de hoc
tria exempla vt ſequitur[Habitus]ſubaudi in tribus caſibus ſequē
tibus.[ſiue nouitiis &c.[Siue nouitiis]ver.[Diſſimiles]vt in fratri
bus minoribus[Siue benedicantur]ver.[Conceduntur]vt in fra-
tribus prædicatoribus[Siue etiam]ver.[Aliquid aliud fiat]quod-
cunque ſit illud per quod &c. [Statum] vt ſi non ponatur ſupra
chorum, vel non habeat vocem in capitulo, niſi profeſſus vel
aliud ſimile[Diſcernatur]qui ſemper diſcernendus eſſet. vt ſ.eo.
ſtatuimus.in fine.

¶ De homicidio voluntario, vel caſuali. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Deus quando dedit nobis humilitatis exemplum.*
2 *Dei ſumus ſiue viuimus ſiue morimur.*
3 *Chriſtus conceſſit clauium poteſtatem non ſolum Petro, ſed omnibus ſucceſ-ſoribus.*
4 *Stabilitate fidei armandi ſumus.*
5 *Paſtor tenetur continuare laborem, & ſolicitudinem circa oues ſuas.*
6 *Delictum proprie dicitur noxa.*
7 *Gratia non confertur, niſi gratis.*
8 *Aſſaſſinorum peſſimum hominum genus, & vnde dicti ſunt.*
9 *Gratia Dei triplex eſt, præueniens, cooperans & perficiens.*
10 *Simoniam committit, qui dat pecuniam vt eligatur in Imperatorem.*
11 *Poteſtatis officium quid ſit, & quare ſit a domino ordinata.*
12 *Iniuſtitia aufert nomen boni.*
13 *Iuſtitiam colere, & ius ſuum vnicuique tribuere ſummum bonum eſt.*
14 *Cenſuræ appellatione quid veniat largo modo ſumpta, & nu. 16.*
15 *Sententia excommunicationis dicitur mucro epiſcopalis.*
17 *Pœna illa eſt infligenda quæ magis timetur.*
18 *Pœna temporalis cohibeat a malo peccatores, quos non potuit amor, nec timor.*
19 *Federicus Imperator fuit depoſitus in concilio Lugdunenſi.*
20 *Hominum genera duo ſunt, quæ ſibi aduicem ſunt infeſti.*
21 *Mandans, & mandatarius tenentur in delictis, & qui ratum habuit.*
22 *Cogitatio delicti faciendi quando eſt punibilis.*
23 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
24 *Pœnitentia delicti quando prodeſt, ita quod non puniatur temporaliter. Et quid ſpiritualiter nu. 25.*
26 *Puniri in quibus caſib. quis poteſt propter homicidium.*
27 *Homicida quibus pœnis punitur, & nu. 28. & 29.*
30 *Sententia depoſitionis Henrici imperatoris.*
31 *Inimico, & ꝑuulo non eſt credendum.*
32 *Chriſtiano chriſtianum offendere non licet, cum nephas ſit hominem homini inſidiari.*
33 *Naturalia perimi non poſſunt ciuili ratione, nec conſuetudine, nec præſcri-ptione.*
34 *Bella ſeptem ſunt.*
35 *Bello licite moto in eo capta, licite tenetur, nec reſtituenda ſunt. Secus in illicito. nu. 36*
37 *Armorum appellatione quid veniat.*
38 *Res ſunt viliores, quam perſona.*
39 *Excommunicatus tanquam quis non eſt vitandus, niſi conſtet de ſententia ca-nonis, vel iudicis.*

CAP. PRIMVM.

PRo humani. Quare Dei filius dñs noſter Ieſus Chriſtus incarnatus fuerit, & quomodo, & quare beatum Petrum Apoſtolum paſtorem ouium ſuarum reliquerit tangitur. Quod ſummus Pontifex ſucceſſor beati Petri ſit & locū filii Dei in terris teneat, & ꝙ cura ſolicita omniū & generalis ad ipſum pertineat demonſtratur. Aſſaſſinorum crudelitas humanitati periculoſa cui mederi intendit ſubſequitur, & contra eos venientes, ac eoſdem receptantes, & occultantes pœna quadruplex. ſ. excommunicationis, & depoſitionis, & omnium bonorū et tēporaliū priuationis, & chriſtianitatis perpetuę diffidationis per canonē latę ſētæ ipſo iure in Lugd. cōcilio promul-
1 gatur[Deſcendens]Hic nobis dedit humilitatis†exēplum.Vnde
beatus Ber.exinaniuit ſe filius Dei qñ ſe ad infima inclinauit, cū
Deus, hominē. verbū carnē. figulus lutū. vita moriturū induit, cū
de alto infimus, de dño ſeruus. de cęleſti terrenus, de diuite pau-
per, de immortali mortalis de Dei filio filius hominis, ſe fieri nō
deſpexit, cū fęno iacere pertulit, paruoq; lacte paſtus eſt, ꝑ quem
nec ales eſurit. hoc ſuū opus ſine exēplo. donū ſine ꝑmio, gratia
ſine merito, humilitas ſine modo[Et mortē tandē ſubiens] ſm
ꝙ hō, nā ſm ꝙ Deus omnino eſt immortalis. vt. ſ de ſum. Tri. fir
miter. §. i. ver. q ſm diuinitatē[Ieſus Chriſtus] perfectus & verus
Deus, & pfectus & verus hō. ſ. de hær. cū Chriſtus. de celeb. miſ.
in quadā[Ne gregē]in hoc ēt mortu' eſt, & reſurrexit, vt viuorū,
2 & mortuorū dominetē, ergo ſiue†viuimus ſiue morimur dñi ſu-
mus. i. ei viuere & mori debemus. xxiii. q. i. §. i. ante fin. & viuos &
mortuos iudicabit. ſ. qui fil. ſint legi ꝑ venerabilē §. rationib. ver.
3 is vero[Abſq; paſtore]Per hoc patet ꝑtātē†ꝯceſſam Petro beato
Apoſtolo. non ſolū ipſi, ſed & cæteris apoſtolis. & ſucceſſorib. ꝑ-
petuo ꝯceſſam fuiſſe vt hic ſequit. & ꝓbat. ſ. q fil ſint legi. ꝑ vene-
rabilē. §. rōnib. ver ſunt aūt ſacerdotes. & ſe. & xxi. di. in nouo. 22.
di. ſacroſancta. 24. q. i. qdcunq;. & c. ſeq. ſ. de tranſl. epi. c. i. alioquin
mortuo Petro ſine paſtore grex dñicus remāſiſſet. & ſic Deus de
inſipiētia, ſiue crudelitate notari poſſet, qđ eſſet hrticū, & inſanū.
nō eſt ergo ptās clauiū ꝯtēnenda. vt patet in eo qđ leg. & no. ſ. de
4 pę. c. fi.[Stabilitate fidei]talib. armis†decet nos armari. xxiii. q. i. ni
ſi bella. & q. viii. § i. & c. ſequentib. & ī. e. § cū ergo. poſt prin.[Ac-
cederet]ver. & opere, doctrina, & exēplo. viii. q. i. q epatū. & c. ſeq.
al iii. di. ſit rector. ſ. de voto. magnæ. § i. ver. præterea. & ſe. ſ. de ſac.
vnc. c. vnico. § ad exhi. xi. q. iii. ꝑcipue.¶[Vnde] ii. ps[Succeſſores]
vt viii. q. i c. i. ſ. de trāſl ep. c. ii. & iii. & in ꝯcor. ſigna. ſuper ver. abſq;
paſtore[Vigilus]ſic. ſ. de of le. extra. officii. ff. de his quæ ī frau. cre.
5 pupillus[Vigil.] No. ꝙ†paſtor tenetur ꝯtinuare laborē & ſolici-
tudinē circa oues. ſ de ęta. & qua. intellexinius. in fi.[Noxia]. i. de
6 licta & peccata nocētia†proprie tñ delictū dr̄ noxa. vnde verſus
Noxis deliquens, delictum noxa vocatur.
ff. de nox. l. i. ſ. de exce. extra. pia. §. i.[Negligentiæ ſōno]No. ſ ſcho
lares pigritantes, & rectores negligentes, nā niſi vigilēt, niſi ſingu-
la ſtudioſe ſcrutentur, niſi in quacūque re capacē ſenſū habeant,
niſi a ſe omnē negligentiā ꝑcul pellant, niſi a quolibet parata ſint
inſtrui. ſ. de of. primic. c. vnico. ad fi. Primi melius facerēt ſi ſe ina
nib. ſumptib. nō vexarēt. ff. de inof. teſt l. i. Secundi oīno diſcrete
agerēt ſi ſe abſolui peterent a tāto onere, nec ſe tātis periculis obli
garent, qa ſāguis ouiū ipſarū culpa, vel negligentia amiſſarū ab
ipſis in die iudicii exiget. ſ. de of. arch. c. i. & de of or. irrefragabili.
res. i. Nec pōt eſſe paſtoris excuſatio ſi lupꝰ ouē comedat & paſtor
neſcit ſm Greg. ſ. de reg iur. c. pe ſi tñ nō ſileat, nec indiſcrete par
cat ita ꝙ poſſit dicere cū Aplo. Mūdæ ſunt manus meæ ab oīum
veſtrū ſanguine tutus erit. xliii. di. Epheſiis. primo ſilentio nihil dā
nabilius, ſecūdo officio nihil beatius ſi eo mō militet quo nr̄ ꝑ-
cepit Imperator. xl. di. añ oīa[Cooperāte] q. d. Deus coadiuuabit
te ſi te iuuas, nec cooperabit te, te minime cooperāte. iuxta verſū
Dat Deus omne bonum, ſed non per cornua taurum.
7 [Gratia] quæ†non confertur niſi gratis. i. q. i. gratię. & q. iii. Salua-
8 tor.¶Cū igit lii. ps[Per aſſaſinos]†peſſimum genus hominum

eſt:qui ſic nutriti ſunt,ꝙ omnino credunt ſaluari, ſi præceptum
perficiant ſui domini temporalis: tales ſicut fertur conſueuit ha-
bere quidam baro Saracenorum,qui vt vulgari alludam , & pla-
nius intelligar vocatur Vetus de montana·& a talibus interfecti
ſunt multi principes chriſtiani . ab his forſan denominati ſunt
aſſiſſini,vt no.ſ.de cler.non reſiden.cum ad hoc.per figuram quæ
ſincopa dicitur,per quam aufertur aliquid de medio dictionis ſi-
cut ponitur audacter pro audaciter.viij.q.j.audacter [Gratia diui-
9 na præuenerit]Eſt ergo gratia †Dei præueniẽs:vt hic.& hæc dici
tur gratia data. Eſt & cooperans quæ ex hac ſequitur. de qua ha-
buiſti.ſ.§.prox.in fi.Eſt & perficiens,quæ ſequitur ex duabus pre-
dictis: quia dominus opus imperfectum non nouit. ſ.de baptiſ-
mo.maiores.§.illud.& §.ſed adhuc [Quia armis ſpiritualibus].i.
virtutibus.de hoc.ſ.e.reſpon.primo.ſuper ver.ſtabilitate fidei[Ac
10 omnis poteſtas a domino tribuatur]ar.ꝙ qui dat pecuniam † vt
in Imperatorem eligatur ſimoniam committit,nam nec iuriſdi
ctio vendi debet.ſ.ne præla.vices ſuas.c.j.& ij. nec etiam tempo-
ralis poteſtas : alioquin qui dat pecuniam incidit in legem Iuliã
de ambitu.C.ad l.Iul.repe.l.vlti.& ff.ad l.Iul.de ambitu.l.j.reſpon.
j.Nec obſtat quod ibi dicit ꝙ lex illa in ciuitate Romana non vẽ
dicat ſibi locum : quia illud intelligendum eſt quo ad principẽ
iam canonice electum,vnde ſuper omnes eſt. ſ. de elec. licet. &
tanq̃ ſolutus legibus poteſt diſponere quicquid placet.ff.de legib.
princeps.ix.q.iij.cuncta per mundum.& ca.per principalem . de
quo dic,vt plene no.ſ.de conceſſ.præb.propoſuit. non ea cuſo er-
go aliquos alios; nec accuſo quo ad ſpiritualem iuriſdictionem
pertinet,in temporali enim notant Doctores,ꝙ publica oblatio
facta ab illo qui prodeſſe appetit non præeſſe admittitur,ſed clã-
deſtina reprobatur.ar.ff.de pollicita.l.j.§.j.& ij.& ff.de admi.tu.nõ
exiſtimo.viij.q.j.qui epiſcopatum[Ad inſtantiam] Not.quid ſit
11 officium poteſtatis: & quare ſit a domino ordinata.officiũ enim
regum eſt facere iudicium & iuſtitiam : & liberare de manu ca-
lũniantium vi oppreſſos,nec debent pati,vt ab aliis cõtriſtentur,
alioquin debent amittere priſtinam poteſtatem.vt innuitur a ꝯ-
12 trio ſenſu.xxiij.q.v.regum.& c.adminiſtratores.& c.principes.†in
iuſtitia nempe aufert nomen boni & religioſi principis.xxvi.di.
boni principis.ideo ſi caret nomine carere debet & re.C.de feriis.
a nullo.ſ.de verb. ſig. nam & ego.ergo non permittat pretor ad
arma & rixas venire quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere .
ff.de vſufr.equiſſimum.nam & ideo iudicialis vigor in medio po
ſitus eſt, ne quiſquam ſibi præſumat ſumere vltionem. C. de iu-
dæis.nullus.ꝙ ſi aliquis in reddenda iuſtitia negligens fuerit:nec
aliter haberi poſſit erit finaliter imperendus.xxiij.q. ij.dominus.
13 & in ſumma † ſummum bonum in rebus eſt iuſtitiam colere :
& ius ſuum vnicuique tribuere.xij.q.ij.cum deuotiſſimam[Nos
tanto]ver.[Eccleſiaſticæ animaduerſionis].i.excommunicatio-
nis,depoſitionis,omnium bonorum mundanorum expoliatio-
nis,& perpetuæ diffidationis.vt patet.ſ.§.ſatis.ver.excommunica
tionis.& ſequentib.Sed ꝯ.ſ.de verb.ſign.quærenti. Quid per cen-
14 ſuram.Sol.ibi loquitur † de cenſura.hic de animaduerſione lar-
ge ſumpto vocabulo . & ſic continet mulctam & pęnam etiam
pecuniariam.ſ.de pœnis.dilectus .tamen ſi propria ſignificatio
attendatur largius ſonat mihi cenſurę ſignificatio,quã animad-
ſionis.vt patet in his quæ no.ſ.de reb.eccl.non alie. ſi quis preſbi
terorum.vbi hæc verba ponuntur & exponuntur. Dic ergo vt in
ſeq.gl.ſuper ver. ferre[Vt metus]&c. [Mucrone].i.excommuni-
15 cationis ſententia† quæ dicitur mucro epiſcopalis.xvi.q.ij.viſis.in
fi.ſubaudi & eccleſiaſticę poteſtatis ſiue iuriſdictionis officio no-
bis commiſſæ: nedum quo ad ſpiritualia , ſed etiam quo ad tem-
poralia.vt no ſ.qui filij ſint legi.per venerabilem.§.rationib.[Feri
re vt metus] & ſic patet ꝙ licet nomine cenſuræ eccleſiaſticę nõ
contineatur niſi excommunicatio interdictum & ſuſpenſio . vt
ſ.de ver.ſig quęrenti.continetur tamen nomine eccleſiaſticæ po
16 teſtatis ſiue iuriſdictionis.vt hic.Vel ſic.nomine † cenſuræ eccle-
ſiaſticæ,non continentur, niſi tria prædicta quando ſcribitur de
delegato,vel quo ad iuriſdictionem delegatam , nec vltra ſe põt
extendere,niſi in litera aliud committatur ſicut fit. ſ.de accuſat.
cum dilecti.hoc eſt non poteſt delegatus beneficiis priuare: non
deponere: non mulctam grauem indicere,nec alias pœnas infli-
gere.de quibus no.ſ.e.§.ſeq.ver ſic quia alias.licet poſſit in poſſeſ-
ſionem mittere & ipſam demandare,& in expenſis condẽnare .
no.ſ.de offi.deleg.ſignificaſti.& c.in literis. ſ.de dolo & cont. c.ij.
& de eo qui mit. In poſſ.cauſa rei ſeruan.c. ij. Sed ordinarius hæc
omnia poteſt,niſi prohibeatur.ſ.de cler.non reſi.tuæ.nam epiſco
pus tribunali præeſt,ergo mulctare poteſt.ff.de iud.l. ij.§. fi.ff.ſi qs
ius di.non obt.l.vnica.in prin.ff.de iuriſd.om.iud. magiſtratus. &
quicunque habet poteſtatem iudicandi ſubaudi ordinariam ma
gnam pœnam infligere poteſt.ff.de ver.ſig.aliud eſt fraus.§.i.& l.
ij qua.eſt tamen a talibus certis diebus abſtinendum , ſicut dicit
ca.(quod quo ad ferias de quibus loquitur nec hodie tenet)xv.q.
iiij.placita.ideo ordinarius punire poteſt in pecuniam. vt ſ.de de-
lic.puę.c.ii.ſ.de offi.ord.dilectus.& hæc eſt condigna animaduer-
ſio.i.pęna.ſic poteſt intelligi.ſ.de pęnis.dilectus.dũtamen caueat
ipſe iudex ꝙ ob quęſtum pecuniæ non ſuſtineat ſubditos in deli
ctis.ſ.de pœnis.licet.ſ.de offi.ord.irrefragabili.in fi.Si ergo credat
ꝙ melius corrigatur ſubditus per pœnam temporalem q̃ ſpiri-
tualem,audacter ipſam infligat.vt hic ſequitur. vel ſi ei nõ ſubeſt
delinquens temporaliter ad ipſam infligendam diſtringat do-
minum temporalem.ſ.de maledi.c.ii.§.per temporalem.ſ.de iu-
17 di poſtulaſti.& c.cum ſit.ſ.de offi.or.c.j.nam illa †pœna infligen
da eſt quæ magis timetur.ſ.vt lit.non cont.quoniam frequenter.
§.vlt. & ſiue pleciendo ſiue ignoſcendo hoc ſolum bene agitur
vt vita hominum corrigatur.xxiij.q v.prodeſt.Conſulimus iamẽ
epiſcopo vt ad tollendam ſaltem infamiam facti & periculum
conſcientiæ euitandum mulctas peccatorum faciat ad pias cau-
ſas tradi.ſ.de iudæis.cum ſit. §. fi.alias ſemper timendum eſt , ne
auaritia ipſum trahat.ſuper quo vide,quod no.ſ.de cenſib.cũ ta.
Romana.§.procurationes.& de vi.& ho. cler.cum ab omni ſpe-
cie.& de præben.auaritiæ.& adde quod no.ſ.de verb. ſig.quæren-
ti.& per illud intellige quod no.ſ.Sed & quod. ſ.dixi ꝙ deleg·tus
non poteſt mulctam infligere , intelligendum eſt de magna ſiue
graui mulcta . vt & ibi no. nam paruam & temperatam poteſt,
quod dic vt no.ſ.de offi.dele.c.j.& c.de cauſis.& c. præterea [Me-
ta huiuſmodi præſumptionis] vt .ſ. vlterius talia committere ti-
meant,& ſic pœna multorum , erit metus multorum , nec mi-
rum:quia & alias dicitur,ꝙ pœna vnius metus eſt multorum.C.
18 ad l.Iul.repet.l.j.ideo etiam hoc fit,vt quos† diuinus amor vel ti-
mor a malo non reuocat temporalis ſaltem pęna cohibeat a pec
cato.vt ſ.de vita & hone.cler.vt clericorum §.j.[Præſertim].i.ma
xime.nam cauſa quæ ſequitur compulſiua eſt; ſed finalis præce-
dit.i.periculum animarum imminens & correctio peccatorũ .
fi.ſ.de pœnit.cum infirmitas [Magnates].ſ.chriſtiani.de aliis.n.
quæ foris ſunt nihil ad nos.ſ.de diuortiis.gaudemꝰ.§.j.ij.q.j.mul-
ti[Formidantes]non formidoloſe nec vaoe: ſed probabiliter , &
metu qui poteſt cadere in conſtantem. vnde verſus

Excuſat carcer,ſtatus,& mors,verbera,ſtuprum.

vt colligitur.ff.quod me.cauſa.l.ii.cum quinque.ll.ibi. ſequentib.
& l.penul.C.de tranſac.interpoſitas.ſ.de ſpon.veniens.ii.in fi.[Co
acti]coactione conditionali.ſ.timore mortis. ſ.quod metus cã ,
c.j.ſiue cauſatiua.vt.ſ.de ele.cum inter.R.iuniorem. reſpon.j. vbi
de hoc [Aſſaſinorum domino] ſcilicet Vetere de montana. vt
no.ſ.ſuper verbo,per aſſiſſinos[Chriſtianitatis]alias chriſtianę di
gnitatis,eſt enim opprobrium chriſtianis cum ſint filij liberę,vt
ſubſint filiis ancillæ,vel ipſos in aliquo vereantur ſ. de iudæis. &
ſi iudæos.§.inhibemus. & c. cum ſit. & c. cum ſpeciali. ¶ Sacri]
iiij.pars[Concilij Lugd.]quod generale fuit,& in ipſo fuit depo-
19 ſitus†Fœdericus.iij.Imperator.vt.ſ.de ſen.& re iud. extra.ad apo-
ſtolicę[Princeps]quicunque ſit ille ſiue maximus,ſiue maior, ſi-
ue magnus:nam hęc fuit intentio condentis qui ab eo audiuit te
ſtimonium ferri.ſed & fauorabile eſt;quia medicinale & in fauo
rem reipublicę & animarum indictũ , & ideo extendendum, &
latę interpretandum.ff.de lib.& poſth.cum quidam. ſ.de ſenten.
excom.c.pen.[Prælatus]epiſcopus vel ſuperior quicunque fuerit
excepto loquente, & hac de cauſa fuit deciſum priuilegium epi-
ſcoporum quo ad canones excõicationum. vt no.ſ.de ſent.excõ.
extra.quia periculoſum[Seu quęuis alia eccleſiaſtica]Hæc clau-
ſula generalis cum præmiſſa ſit ſpecialis omnes includit etiã lai-
cos religioſos.ſ.de ſen.excom.non dubium.& c.ex tenore.§.i.De
hac materia no.ſ.de commodato. c. vnico[Secularis ue] hoc idẽ
20 iungit:quia†duo ſunt genera hominum.xii. q.j.duo ſunt.quæ ſi-
bi adinuicem opido ſunt infeſti.ij. q.vii. laici.& quorum diuerſæ
ſunt profeſſiones,& diuerſa vota.ſ.de cler.coniuga.ꝙ ad te. & ca.
diuerſis.vnde nec profeſſio vnius generis includitur ſub profeſſio
ne alterius.& ideo , vt omnes homines includantur , exprimitur
hic generalis profeſſio vtriuſque.fi.ſ.de reſcrip.ſignificauit. vbi de
hoc[Per prædictos aſſiſſinos]non ergo extenditur ad aliquos ho
micidas;quia quod de vno dicitur &c.xxv.diſt.qualis.ff.de iud.cũ
prætor.ſ de præſump.nonne.Sane tamen intelligas hoc arg. fie-
ri quo ad huius concilij pœnæ incurſionem,non quo ad conce-
dendum a ſenſu contrario aliquod homicidium perpetrandum.
immo alios homicidas ſuæ pœnæ tenebunt canonicę,& ciuiles.
de quibus no.in Summa de homicidio.§.qua pœna[Interfecerit
21 vel etiam mandauerit]Hoc regulare eſt in delictis ꝙ † ſemper te-
neatur tam ille qui fecit,quam qui mandauit vel ratum habuit.
vt hic.& ſ.de ſenten.excommunica. mulieres.§.fi.& c.vniuerſita
tis.ad fi.& ca.vt famæ.§.laici.ff.de vi & vi arma. l.j. §. deieciſſe. &
§.quoties[Quamquam mors ex hoc forſitan non ſequatur] con
tra.ff.de pœnis.cogitationis.de pœnit.diſt.i.j.cogitationis.Solu-
22 tio.Illud intelligitur quando cogitatio ſtetit in finibus ſuis, nec
proceſſit ad actum , hoc autem intelligitur quando proceſſit ad
actum. nec per ipſum ſtetit quominus perficeretur id, quod præ
ue cogitauerat: nam in hoc caſu puniendus eſt cogitans,ac ſi fe-
ciſſet. ff.ad l. Pompon.de parric.l.j.in fi.ff. de re mili.l.iij. §.is qui.ff.
ad l.Cornel.de ſicar.diuus.ſupra de bigamis.nuper.& ca.a nobis.
& in multis legibus canonizatis.de pœniten. diſtin.i. ſi quis non
dicam.& l.ſequentib.ſi vero perficere potuiſſet, ſed noluit:qa pę-

ſtitui,

nimis parcendum eſt ei regulariter.ff.ad l.Cor.de fal.qui falſam.
23 ff.de iniur.item apud Labeonem.§.& ſi curauerit. & ſic † volun-
tas & propoſitum diſtinguit maleficia.ff.de fur.qui iniuriæ reſpõ.
j.xi.q.3.quod prædeceſſor.ſ.de ſent.excommu.cum voluntate.in
24 prin. Regulariter ideo dixi † quia in caſibus non prodeſt pœniten
tia,ſed punitur criminis conſcientia.Primo in heretico.ſ.de hæ-
reticis.ad abolendam.& ca.excommunicamus.§. credentes. Se-
cundo in crimine læſæ maieſtatis.C.ad legem Iul.maie.quiſquis.
Tertio in conſciente ſibi mortem.ff.de bonis eorum qui mor. ſi
bi conſci.l.3.reſpon.j.ver.non enim facti ſceleritatem &c. Quar
to in fugientem de eccleſia extrahente.C.de his qui ad eccl.con-
fu.l.fi.Quinto in hoc caſu vt hic,& eſt caſus nouus.In his caſib.
25 † non excuſatur quis a pœna temporali quantumcunque pœni
teat,eſt tamen locus pœnitentiæ ſpirituali & reconciliationi di-
uinæ quantumcunque delinquat.de pœni.diſtin.j.ſi agimus pœ
nitentiam.& c.ſeq.l.diſtinct.tertium.& quotieſcũque delinquat.
ſ.de ſumma Trini.firmiter §.pœnulti.ſcimus enim q pœniten-
tes & reuertentes ad cor ſuſcipit Deus. in Authen. vt non luxu.
contra naturam.circa princi.coll.vj.nec eccleſia claudit gremiũ
alicui reuertenti.C.de ſumma Trini.l.fin.§.pęnulti.j.q.vij.ſi quis
omnem.de hac materia plene not. in Summa de pœnis.§. quæ
quibus.ſub.§.illud autem.[Receptauerit] patenter vt differat a ſe
quenti.& merito hoc dicitur.peſſimum enim eſt genus recepta-
torum ſine quibus delinquens diu latere non poteſt.ff. de recep.
l.j.& ideo tenentur receptatores,tanquam aggreſſores. C.de his,
qui latro.vel alios occul.l.j.& ij.& de hoc no.ſ.de ſententia excõ
munica.quantæ.ſ.de offi.deleg.c.j.[Occultauerit.] Sic not.hic q
26 in † quinque caſibus incidit quis in ſentẽtiam huius canonis. Pri
mus eſt ſi fecit interfici.Secundus ſi mandauit hoc fieri,quam-
uis factum non ſit.Tertius ſi receptauerit.ſ.publice.Quartus ſi de
fendit forſan etiam,verbo.Quintus ſi occultauit ipſum celando
vel occulte receptando,ſiue abſoluendo,& ſemper primus ma-
gis delinquit,ſecundus minus,& ſic de cæteris. [Excommunica-
27 tionis]verſi.hæc † eſt prima pœna qua maior nulla eſt in eccle-
ſia Dei.xxiiij.quæſt.3.corripiantur.[Et depoſitionis a dignitate.]
primo.[Honore.] ſecundo. & hæc duo referas tam ad principes
ſeculares quam prælatos eccleſiaſticos.[Ordine.]tertio. hoc refe
ras ad omnes clericos,& ad ipſos tantum,non ad laicos cum &
ipſi ordine careant.[Officio,] quarto.hoc referas ad eccleſiaſti-
cas & ſeculares perſonas quaſcunque.[Et beneficio] quinto.hoc
etiam referas ad eccleſiaſticas,& ad ſeculares perſonas beneficia
tas in eccleſiis intuitu pietatis.ſecundum quod no.ſ.de inſti.c.ij.
28 & ſ.de pœnis.in quibuſdam.Et eſt † ſecunda pœna.ſ.depoſitio ge
neralis quę reſpicit omnes Chriſtianos cuiuſcunq; profeſſionis
ſint.& ex hoc paret q eccleſia poteſtatem & iuriſdictionem rece
pit non ſolum quo ad ſpiritualia,ſed etiam quo ad temporalia ,
& ex cauſa poteſt facere conſtitutionem generalem contra tales
vt hic.& ſ.de hereti.excommunicamus.§.moneantur.& §.ſi ve
ro de ſententia excommunicat.nouerit.& c.grauem.& no.j.ver.
ſic.quia alias.& hanc poteſtatem habet Papa indiſtincte vt nota.
ſ.qui filij ſint legiti.per venerabilem.§. rationibus.Sed & metro-
politanus cum epiſcopis comprouincialibus poteſt contra tales
procedere ſecundum canones.ſ.de cenſi.extra.Romana.ſ. de ac
cuſa.extra.olim.ſ.de hæreticis . excommunicamus §. ſi vero dñs
temporalis.& etiam ſm ll. in Auth.de man.prin.§ ſi vero cano-
nicum.coll.3.& de ſanc.epiſ.§.vt autem omnis eccleſiaſticus ſta
tus.ſemper tamen æquum eſt,q cum agitur de correctione ſecu
larium primo recurrat eccleſia ad temporalem dominum eoru
dem,qui ſi non obedierit vtroſque diſtringat.ſ.de Iudæis.ita quo
rundam.& c.ſi Iudæos.§.fi.& ca.poſtulaſti.& c.nonnulli.§.fin. &
c.cum ſit.& c.cum ad liberandam.& ſ.de vſur.poſt miſerabilem
& c quanto.[Ipſo facto.] Hic habes vnum canonem latæ ſentẽ
tiæ,& ſunt viginti nouem alii.de quibus no.in Summa de ſentẽt.
excommunica.§.quis poſſit excommunicare.j.reſpon. [Et iſta.]
verſi.[Libere] non obſtante.ſ. appellatione , vel contradictione
cuiuſquam,quia non eſt in talibus admittenda.ſ.de offi.ordin.li
cet.[Collatio] quia nec debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua.ſ.de
conſtitu.c.ij.ſ.de ſupplen.negligen.præla.c.ij.[Pertinet conferan
tur.] & hi ad quos ſpectat ſucceſſio,vel occupatio quo ad ſecula
res ſuccedant,vel occupent ſupradicta, & omnia bona munda-
na,de quibus ſequitur.ad hoc ſ.de voto.licet.ſ.de hæreticis excõ
municamus.§.ſi vero dominus.in Auth.de man.princi.§. opor-
tet.colla.3.[Sic quia] alias etiam.verſi.[Bonis mundanis omni-
29 bus.] & eſt hęc † tertia pœna.ſ.expoliationis, per quam euidenter
probatur quanta eſt poteſtas eccleſiæ etiam in mundanis.poteſt
enim exponere bona temporalia peccatorũ notoriæ delinquen
tium & inobedientium,vt hic & in ſuperioribus iuribus.& ipſos
peccatores inobedientes,ineligibiles & inteſtabiles, & ad exercẽ
da quælibet publica officia inhabiles reddere.ſ.de hæreti.excom
municamus.§.credentes.ſ.de ſenten excommu.nouerit. hono
re & ſucceſſione priuare.vt ſ.ver.& depoſitionis. & de voto licet.
incarcerare.ſ de hereti.excõicamus.ij §.penulti.ad fin.verberare
citra vindictam ſanguinis.ſ.de rapto.in archiepiſcopatu.carcera

re ſine periculo corporali.ſ.de crimine fal.ad audientiam. ſerui-
tutem infligere.ſ.de Iudæis.ita quorundam.§ penulti. mulctare.
ſ.de Iudæis.poſtulaſti.ſ.de raptorib.in archiepiſcopatu.ſ.de ma-
leficis.c.ij.& no.ſ.eo.§.proxi.verſi.nos tanto.bona omnia confi-
ſcare.ſ.de Iudæis.ita quorundam.j.eo.ad liberandam.& hic.exi-
lium infligere.ſ.de iudi.cum non ab homine.l.ſim.accedens.re-
ges & Principes honore & dignitate priuare,& aliis dare.vt patet
in eo quod legitur,& notatur.ſ.de elect.venerabilem nõ ſolum
enim ſuper ſpiritualibus,ſed etiam ſuper temporalibus recepit a
domino poteſtatem.vt ex præmiſſis colligitur euidẽter,& ex his,
quæ nota. ſupra. qui filij ſint legitimi.per venerabilem. reſpon.pri
30 mo. & §. rationibus.vnde & ex geſtis Grego.Papæ ſeptimi ſuper
† depoſitione Hẽrici regis filii Henrici Imperatoris confectis. in
quibus idem Grego.ad ſanctos apoſtolos Petrum & Paulum ſer
monem ſuum dirigit ſic inter cætera continetur . Hẽricum quę
regem dicunt omneſque fautores eius excommunico , & item
regnum theutonicorum & Italię ex parte omnipotentis Dei &
noſtra,interdicens ei omnem poteſtatem & dignitatem illi re-
gnum tollo,& vt nullus Chriſtianus,ei ſicut regi obediat interdi
co,& ita ſicut Henricus pro ſua ſuperbia inobedientia, & fallita-
te a regni dignitate iuſte abiicitur,ita Richardo p ſua humilitate
obedientia & veritate.poteſtas & dignitas regni conceditur. & ſ.
Agite nunc quæſo patres & principes ſanctiſſimi,vt omnis mũ-
dus intelligat & cognoſcat,quia ſi poteſtis in cœlo ligare & ſol-
uere,poteſtis & in terra imperia.regna,ducatus,principatus,mar
chias,comitatus,& omnium poſſeſſiones & terras tollere vnicui
que & concedere,& ad harum pœnarum executionem ad bra-
chium ſeculare recurre.ſ.de cleri.excom.mini.c.ij.& 17.diſt.nec
licuit.xxiij.q.v.de liguribus & ſ.de offi.ord.c.j.& c.quoniam.in fi.
& in lomb.vt epiſcopi & comites inuicẽ ſibi auxilium dẽt in ru
bro & in nigro.96.diſti. cum ad verum.nec oporteret q rebelles
vix abſque ſanguinis effuſione valeant coarctari.ſ.eo. poſtulaſti.
ſed adhuc contra omnes hęc poteſt cenſura eccleſiaſtica exerce
ri.de qua dic vt not.ſ.eo.§.proxi.verſi.nos tanto [Tanquam]ver.
veritatem notat,ſicut illud quaſi modo geniti,idest vere,vt patet.
ſ.eo.§.cum igitur.Et hic & ibi tangit cauſam pœnarum illius cõ-
31 ſtitutionis.[Aemulus] ideſt inuidus,& inimicus † cui credẽdum
non eſt.ſ.de purga.can.cum in iuuentute.§.j.ſ.de accuſ.qualiter
ij.reſpon.j.verſi.ex quibus.xi.quęſt.3.cum in cunctis.[A toto po
pulo Chriſtiano,] & eſt hæc quarta pœna.ſ. perpetuæ diffidatio-
nis,vt ſequitur.[Perpetuo.] ergo non eſt eis ſeruanda treuga ca-
nonica,de qua habes.ſ.de treuga & pace.c.j.& ij. nam ineuitabi-
lis vrget importunitas,quo ad tales,qui periculum animarum p
curant & ſanctę religionis non præcauent detrimenta, & ideo
ſemper ſunt impetendi.vt 23.quęſtio.vi.l.ſi nulla.& ſea capitulis
ibi precedentibus.[Diffidatus] hóc ideo dicit , quia Chriſtianus
32 Chriſtianum non debet † offendere niſi ipſum diffidauerit,vel au
thoritatem iuris,vel iudicis habuerit,alioquin proditio eſt , ideo
dicit lex q cum natura inter nos quoddam ius cognationis con
ſtituerit hominem homini inſidiari nephas eſt.ff.de iuſtit. & iu-
re.vt vim.& per hoc videntur errare principes noſtri temporis ſi
ad inuicem diffidantes & credentes,q poſt ea poſſunt ſe ſine ca-
lumnia impugnare,quia hoc ius cognationis & naturale eſt &
firmatum ex præcepto domini dicentis.Diliges proximum tuũ
ſicut te ipſum,ergo per pactum renunciari non poteſt ff.de pact.
ius agnationis.C.de pa.po.abdicatio. Nec valet ꝯſenſus mutuus
33 contrahentis.ff.de pac ius publicum . nam ciuilis ratio † naturalia
perimere non poteſt.v.diſt.§.j.ff de capi.diminu.eas.Inſti.de iure
naturali.§. ſed naturalia . Nec prodeſt conſuetudo ꝯtra.nec præ-
ſcriptio allegata.ſ de pręſcrip.c.fi.quia nec iuramentũ. in Auth.
ſcenicas mulie.coll.v.cum non ſit vinculum iniquitatis. 22.q 4.
inter cętera.tales ergo latrunculi ſunt,& ad reſtitutionem tenen
tur omnium ablatorum.vt ff.de cap. & poſtli.reuer. hoſtes. quia
non dimittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum.ſm Auguſti.
14.q.j.ſi res.nec eſt iuſta diffidatio inter tales,niſi primo hoc per ſen
tentiam legitimi iudicis decernatur,vt patet & not.j.eo.in fi.Ad
34 doctrinam autem huius materię no.q ſeptem ſunt bella . † Pri-
mum poteſt dici Romanum quod faciunt fideles impugnando
infideles,& hoc eſt iuſtum.vt ſ.de hęreti. excommunicamus.ij.
& dicitur Romanum,quia Roma eſt caput fidei.24.q.j.hęc fides
& ca.quoniam.ſ de ſumma Trini.c.fi.§.pen.C.de ſumma Trin.
l.vlti.& ſic poteſt intelligi.ff.de capti.& poſtli.hoſtes.ff. de verbor.
ſignifi.hoſtes.Secundum iudiciale quod fit authoritate iudicis le
gitimi habentis merum imperium non dicentis ſibi ius,ſed alius
ordinem iudiciarium obſeruantis, & ex cauſa contumacię hoc
concedentis.ff.quod metus cauſa. continet.ff de iuriſdictio. om-
nium iudi.l.3.& 4.C.ne quis in cauſa ſua.iudi.l.vnica.cum ſuis ſi
milib.hi tamen proprie hoſtes non ſunt,ſed quod de ſuo ad nos
peruenit noſtrum fit de iure,quod autem de noſtro ad ipſos per-
uenit ipſorum fit de facto.ſic intelligeſ.ff de cap.l.v.§.in pace.Ter
tium præſumptuoſum.quod ſ. faciunt iudici inobedientes.argu.
de pœn.diſtin.vj.§.j.ad fi.ſ de treuga.& obed.ſi quis.ff. de rei vend.
qui reſtituere.ff.ne vis fi.ei qui in poſ.miſſ.eſt l.3.C. de ſeditioſ.

l.i.& fi.li.xi.Quartum licitum quandocunq; hoc fit authoritate
iuris quo ad illum cui conceditur vt hic.& ſ.de ſent.excommu.
ſi vero.i.§.nec ille.& C.quando lice.vnicuique ſine iudi.vin.l.j. &
ij.& in proximi vel vicini iniuria repellenda, & in prælato qui ſ
iniuriantes eccleſiæ vtroque gladio(ſi vtrunque habeat)authori-
tate propria vti poteſt.ſ de ſent.excomm.extra.dilecto. & § qui-
dam.Quintum temerarium quo ad illos qui hoc faciunt cōtra
authoritatem iuris.nam & qui defendit ſe contra authoritatem
iuris temerariæ ſe defendit:ſapienter autem faceret ſi corrigeret
vitam ſuam.ſ.de iudi.cum non ab homine.ſupra de ſentent.ex-
communicat.perpendimus.& c.in audientia. & ca.contingit.ij.
Sextum voluntarium.23.quæſtio.j.noli.quo ſ.principes noſtri tē
poris ſeculares vtuntur frequētius,& eſt iniuſtum,vt patet in his,
quæ nota.ſ.eadem glo.in prin.nec enim licet arma portare in-
ſcio principe.C.vt armon. vſus inſcio principe interdictus ſu. in
rubro & in nigro.lib.xj.in Authen.de man.princip.colla.3.& de
armis.colla.ſexta.tales etiam incidunt in leg.Iul.maie.ff.ad l Iul.
maie.l.iij.ſolet tamen Princeps concedere ad aſpiciendos agros
exeuntibus,vel ob aliam cauſam proficiſcētibus quod dummo-
do ab aliorum læſione abſtineant cingulo poſſint vti C. de præ-
poſi.ſacri cubi.l.fin.libro duodecimo.ſed neceſſitate imminente
ſufficit authoritas magiſtri officiorum.C.de fabricenſibus.l.fina.
libro x.ad hoc.xxiij.quæſtione ij.c.j.& c.cum ergo. & quæſtione
3.§.ecce qp & § ſequenti.& ca ſeq.& §.præterea. Et in Summa q
authoritate propria accipit gladium,gladio eſt feriendus.13.quę
ſtion.j.§.1.Septimum neceſſarium,& eſt iuſtum.hoc eſt illud qđ
faciunt fideles defendendo ſe authoritate iuris contra voluntate
impugnantes nam vim vi repellere ad tuitionem ſui corporis,
vel etiam rerum cum moderamine inculpatę tutelæ omnia iu-
ra permittunt.ſupra de regulis iur.vt vim.ſ.eodem capitu. ſignifi
caſti.ij.§.vlti ſupra de reſtitutione ſpol.olim 1.in fi.ſ. de ſententia
excommunica.ſi vero.quod qualiter intelligatur.not. plene.ſ.de
ſententia excommunica.extrauagan.dilecto.circa prin. Ergo in
35 Summa † in Romano bello iudiciali licito neceſſario non tene
tur quis ad reſtitutionem,nec peccat is . qui ex tali bello aliquid
acquirit,dummodo modum non excedat nam ſi poteſt homi-
nem capere viuum non licet perimere.ff.ad l. Aqui. ſed & ſi quē
cunque.& ſecundum hoc intellige ſupra eodem c.ii.& 3 In præ
ſumptuoſo vero temerario, & voluntario tenetur ad reſtitutio-
nem.& de tali intellige, quod loquatur ſupra de iureiuran. ſicut
36 & ſ.Quicunque † enim iniuſte pugnans noſtros,vel noſtra cępe
rit poteſt defendendo ſe expugnare,& in iudicio poteſt homo ex
peti per interdictum de libero homine exhibendo: res mobilis
per actionem vi bonorum rapto, immobilis per interdictū vn-
de vi.cautio per edictum quod metus cauſa.ff.de lib.exhi.l.j.§. in
hoc interdicto.& no.quod ſufficit terror armorum ad hoc,vt qs
videatur expulſus de caſtro ſuo , & ei competat interdictū vnde
vi.quamuis expelli non expectauerit dummodo ab armatis poſ
37 ſeſſio fuerit occupata . † Et appellatione armorum non ſolum
gladii, ſed fuſtes & lapides continentur.ff.de vi & vi.arma.l. ter-
tia.§ armis.& l.ſequenti.Aliud ſi expectaui obſidionem & reddi
di.vel quod armati ingrederentur exiui non eiectus per armatos
ſed quamuis coacta propria voluntate.nam edictum quod met.
cauſa.competit in hoc caſu.ff.quod metus cauſ. metum autem
præſentem primo reſpon.& §.j.[Et poſtquam] verſicu. [Proba-
bilibus argumentis.]ad arbitrium iudicis.ſupra de teſti.præterea.
ad fin & capitu.in noſtra.[Conſtiterit]iudici.quia ei facienda eſt
fides,ſupra de reſcriptis.capitu.ſecundo.& capitu.inter cęteras.C.
de condi.ob tur.cauſam.l.prima.& tertia,ſed non requiritur ſen-
tentia,immo ſufficit,quod iudex dicat hoc eſſe probatum.& for
ſan in caſu iſto propter periculum valebunt teſtes recepti lite nō
conteſtata parte abſente non citata,& ideo dixit probabilibus ar
gumentis non teſtibus,& videtur hoc ſumi ex.l.ff.de re mili. nō
omnes.§.a barbaris . ſed & iudex qualitatem perſonæ infamatæ
debet attendere & alias circunſtantias ff.ad legem Iulia.maieſt.
famoſi.ſupra de tranſact.capitu.ſi [Seu diffidationis] ſubaudi vel
bonorum expoſitionis.ſupra eodem verſicu.ſic quia. Vel dic, qp
eo ipſo,quod perſona diffidata eſt, & res expoſitæ & diffidatæ vi-
38 dentur,quia viliores † ſunt res quam perſonæ . duodecima quæſt.
prima.præcipimus.ſupra de donatio. inter virum,& vxorem.per
noſtras.ff.de redhibito actio.iuſtiſſime.C. de ſacroſanctis eccleſi.
ſancimus.j.& ſecundum hoc triplex hæc tantum pœna de qua
loquitur hic locum habet,& facies vnum.verſicu.tantum.ſupra
eodem verſicu.ab illo.verſicu.ſic quia.vſque ad verſic. & poſtquā.
[Sententia requiratur.] quia ſufficit concilii iſtius licentia,& ca-
non iam latæ ſententiæ ſuperius promulgatus.argum.ff. de con-
ditio.inſtitu.quæ ſub conditione.§.fina.18.diſtinctio.de his. ante
fi.& ex hoc patet quod ſicut aliquis non eſt vitandus tanquam
39 excommunicatus, vel pro † depoſito habendus , niſi conſtet de
ſententia canonis , vel iudicis,ſic nec tanquam diffidatus impu-
gnandus,niſi & hoc prius iuſta ſententia determinetur , & ideo
errant principes & milites ſeculares.vt notat. ſupra eodem ſuper
verbo,diffidatus.

¶De priuilegiis. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Exemptionem qui allegat probare debet.
2 Priuilegij limites non ſunt tranſgrediendi.
3 Priuilegiati cuius forum ſequuntur ratione delicti commiſſi in alicuius dioce ſi.& num.4.
5 Priuilegiati non poſſunt excommunicari contra tenorem ſuorum priuilegiorum .
6 Priuilegiati in quibus caſib.non poſſunt conueniri,nec ratione delicti,nec contractus,nec rei litigioſæ.
7 Monaſterio exempto,& eius domus ſunt exemptæ.
8 Delinquentes ſi fugiant in alienam prouinciam iudex illius loci debet eos remittere,tam ratione delicti tum ratione domicilij.
9 Iura corrigere nemo debet pronus eſſe.& nu.10.
11 Sacramenta quilibet a ſuo diœceſano ſumere debet,niſi ſpecialiter priuilegiati ſunt.
12 Priuilegium quia fauorabile ampliatur,reſcriptum vero , quia odioſum reſtringitur .
13 Priuilegio bullato ſtatim alijs adempta eſt poteſtas.
14 Archiepiſcoporum,et epiſcoporum nomine omnes ſuperiores veniunt,Papa, & legato a latere exceptis.
15 Priuilegio ſubtrahitur poteſtas omnino,iure vero ſcripto non omnino.
16 Ordinarij quandoque in exemptos cenſuram eccleſiaſticam exercere poſſunt.
17 Inſtitutio duplex eſt facti,& iuris & qua facti & qua iuris .
18 Parochia an poteſt eſſe ſine populo & populus ſine parochia.
19 Conſuetudo nulla prodeſt contra inſtitutionem authorizabilem .
20 Vna eccleſia vnius presbyteri eſſe debet .
21 Prædicationis officium eſt priuilegiatum.
22 Beneficia quæ requirunt authoritatem,quæ ſunt,& quæ non.

C A P. PRIMVM.

VOlentes. Exempti ratione delicti,ſiue
cōtractus aut rei de qua agi-
tur corā ordinariis reſpondere tenentur , non
tamen propter hoc exēptionis priuilegia fru-
ſtratoria reputantur , quia non habent ſe in-
tromittere ordinarii de locis exemptis, vel in
eis commiſſis,vel contractis,vel litis,nec ſi ali
bi delinquant,aut contrahant.aut res ipſa conſiſtat ad ordinariū
ſub quo habent domicilium remittūtur. Subſunt etiam ordina-
riis in aliis caſibus.qui in inſtitutis canonicis continentur,& hæc
eadem ad illos qui priuilegiati ſunt qp non teneantur reſponde
re,niſi ſub vno iudice extendūtur: manus autem ordinariorum
ad priuilegiatos,ſic qp a nullo epiſcopo,vel archiepiſcopo per cenſu
rā eccleſiaſticā arctari valeant minime protenduntur quo ad ip-
ſam cenſuram,niſi ad eccleſias quæ ſub ijs ordinariis tanquam
priores,vel monachi tranſmittantur,tunc enim quādiu ibi mo-
ram traxerint ipſis ordinariis ſubiacere noſcuntur. Verum quia
de adminiſtratione prioratuū plerunque, cuius authoritate geri
debeat dubitatur,declarat ſummus Pontifex, qp niſi aliud de iure
ſpeciali competat his,vel illis conuentuales,& qui curam habēt
authoritate diœceſanorum , mandato vero tantum abbatū alii
ſimplices ordinentur . [Nonnullis.] qui ſunt hi ignoramus,ſed
cū diœceſanus fundet intentionē ſuā de iure cōi. 16.q.j. omnes
baſilicæ.& c.ſeq.18.q.ii.monaſteria.ſ.de religi.do. de xenodochiis.
1 quicunque † dixerit ſe exemptū hoc probet.c. diſt. contra morē.
quod apparebit ex tenore priuilegij. de quo nec iudicari pōt,niſi
inſpiciatur.ſ.eo.porro.& c.accepimus.ſ.de vſu pal.c.fi.ff.de tran-
ſact.de his.[Illam] ideſt exemptionē . [Alij non infringant.]pu
ta ordinarii quorum priuilegia decurtabuntur.ſi eccleſiæ Roma
næ priuilegijs audeant obuiare.ſ.eod. dilecti filij fratres. in fi. nec
eis fraudem faciant.ſ.eo.quanto.[Exempti] ſ exempti.[Eius] ſ.exē
2 ptionis.[Limites] qui † non ſunt tranſgrediendi.vt ſ.de ſepul.ca.i.
§.fi.vbi de hoc [Non excedant] quod ſi fecerint in aliquib caſib.
eccleſiæ ſubiaceant interdicto,& quod egerint irritum habeatur
ſ.eo.cum & plantare.§.fi.ſed & priuilegiū meretur amittere qui
permiſſa ſibi abutitur poteſtate.xj.quæſt.3.priuilegium.ſ.de poſt.
prela.c.ij.§.i.ſ.eo.vt priuilegia.i.reſpon.[Declaratione.] ver.ſuper
eod.de quo conſuetum inter ſcholaſticos dubitari vtrum.ſ. exēpti
3 & priuilegiati † ratione delicti cōmiſſi in alicuius diœceſi forum
diœceſani ſortiantur.& dicebant quidā qp ſic,quidam qp non. &
iura hincinde fortiter contradicunt , ideo poterat dici hoc iuris
ambiguum.quare pro declaratione fuit ad ſedem apoſt. merito
recurrendum ad quā pertinet talia declarare.ſ. qui filij ſint legit.
per venerabilē.§.rationibus.ſi.ſ.de iudi.extra.iuris.ſ.de reſtit.ſpol.
extra.frequens.§.ſolet.ſ.de feudis.c.j.ſ.de reſcr.ſuper literis.Quod
autem diœceſanus in tali caſu poſſet contra tales procedere pro
bant iura. C. vbi de cri a.o.authē. qua in prouintia. C. vbi ſena.vel
cla.l.i.C.de priuile.ſchola.l.vlt.xii.ſ.eo.ex tuarum.vbi eſt hoc ex
preſſum.vbi de hoc.Sed contra.ſ.de ſupp.negl.prælat.ſicut nobis.

§ fi.xvj.q.j.frater noſter.ſ.de ſta.mona.in ſingulis. §. ordinentur.
& c.ea quæ.§.hæc eadem.C.vbi de curiali.l.ij.C.vbi ſenat. vel cla.
l.j.reſpon.i. ideo Papa hoc concedit per ſpeciale priuilegium in
hæreti.ſ.de hæreti.ad abolendam.§.vlt.Sol. quantumcunq; exē-
4 pti ſint,niſi priuilegium ſpeciale † habeant & expreſſum, ꝙ excō
municari non poſſint ab epō, vel archiepiſcopo ſortiuntur tales
forum diœceſani in tribus caſibus de quibus ſequitur. ſ. ratione
delicti,ratione contractus,ratione rei de qua agitur, & ſic intelli
ge omnia iura ſignata.ſ.eo.ver. ꝙ autem. cum determinatione
tamen quæ ſequitur ſ.eo.§.ſaluis.ſi vero ſic priuilegiati ſint,ꝙ nō
poſſunt excōicari ab epiſcopo, vel archiepiſcopo, tunc nullate-
nus ſortiuntur forum quo ad hoc vt excōicari valeant, & ſi exē
pti non ſunt,& ſi tales priuilegiati & exempti ſint addit gradum
exemptioni priuilegium, ſed et licet ſortiatur in tribus caſibus.
ſupra dictis,adhuc tamen operatur exemptionis priuilegium in
tribus caſibus,qui.ſ.eo.ſequenti.§.colliguntur, & ſic intellige iu-
ra ſignata.ſ.eo.verſi.ſed cōtra.& omnia ſimilia quaſi Papa coher
tionem eccleſiaſticam exceſſuum talium ad manus ſuas videaē
retinuiſſe.C.vbi quis de curiali.l.2.ibi,exceptis videlicet his,qui ar
mata militia &c. & hoc ex vi interpretationis iſtius hodiernæ,
5 ſed nec poſſunt † priuilegiati contra tenorem priuilegiorū ſuorū
excōicari prout determinatur ſ.eo §.in eos.& ſecundum hoc in
tellige quod notatur in Summa.eo §.fin.ſub.§.ſed & dici poteſt.
Nec mireris de prolixitate poſita ibi,quia totū illud notauimus
antequam eſſet iſtud ius promulgatum.vnde & in fine diximus
& comprobantur hæc in auth.domini noſtri extra.eo. volentes.
& cum iura noua opiniones quas ſequimur pro magna parte ꝯ
probent.& Summa cōpleta eſſet antequā iura noua venirent in
multis aliis locis Sūmæ idē poteris reperire.[Sic exēpti.] & ſunt
per cenſuram eccleſiaſticam cohercendi,du tamen non ſint pri-
uilegiati,prout le.ſ.eo.§.in eos.[Nihilominus] ver.[Ratione de-
licti] ſ.de foro compet.c.fi.& c.poſtulaſti.vj.q. 3.placuit.3. quæſt.
vj.c.1.& in concor.ſigna.ſ.eo ſuper verbo,declaratione verſi.gau
tem.& eſt hic primus caſus.[Siue contractus.]de quo dic,vt not.
ſ.de foro compe.extra.Romana.§.contrahentes.& ſequentibus.
& eſt hic ſecundus caſus.[Aut rei.] non exemptæ, alioquin con
tra.ſ.eo.§ ſequen.ſ.eo.cum capella.& eſt hic tertius caſus cōis oī
bus.ſ.de foro compe.ſane.C.vbi in rem actio.l.fi.& no.ſ. de ſup.
neglig.præla.extra.Romana.verſ.res.[Contra ipſos.] ſ.exemptos
[Rite poſſint]i.exempti ipſius exemptionis priuilegio non obſtā
te.[Conueniri.] & citari.[Et illi]verſi.ſ.ordinarii.[Quoad hoc.]
i.ſuper aliquo trium caſuū præmiſſorū citati fuerint, & nō obe-
dierint.[In ipſos] ſ. exemptos. [Iuriſdictionem.]prout ius exigit.
vt ſ.condēnentur ſi notorium ſit delictum.ſ.de cenſib. extra.Ro
mana.§ notoria.ſi dubium excommunicentur ratione cōtuma
ciæ,& procedatur ſecundū cano.xj.q.3.rurſus.& c.quicunque. &
prout no.ſ.de dolo & contuma.c.veritatis.§ nos igitur. Si uero a-
gatur de contractu,vel de re excommunicentur,vel fiat in poſſeſ
ſionem miſſio,vel aliter puniantur,prout legitur,& nota.ſ.vt lite
non conteſta.mæ,& ca.quoniam.§.in aliis. & ſequenti.[Exerce-
re.] ſed & exempti ſciant ſeipſis ordinariis in quibuſdam aliis
caſibus ſubiacere.ſ.eo.§.ſaluis.qui.§.debet huic continuari.¶ Nū
quid ergo] ij.pars in qua opponit his quæ.ſ.declarauit. [In his.]
ſ.ſupradictis caſibus exceptis.[Quia nec.] verſi.ſupple conueniri
poterunt,quod eſt.j.ſequenti.ver.In iſto autem verſi.& ſequenti-
6 bus collige tres † caſus in quibus operatur adhuc priuilegiū exē-
ptionis etiam in tribus præmiſſis caſibus.ſ.in delicto, in cōtractu
& in re litigioſa.Primus eſt quando in loco exempto delictū cō
miſſum eſt,vel contractus initus,vel res litigioſa ſita, nam ſi ſita
ſit ceſſat officium ordinarij etiam illius in cuius diœceſi mona-
ſterium ſitum eſt vt hic.Secundus vbi in aliena diœceſi hæc tria
